



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DEUS

IN

LUMINE NATURÆ

REPRÆSENTATUS

à

JOHANNE ADAMO OSIANDRO,
Theol. D. & P.P.



TUBINGÆ,
Impensis Johannis Georgii Cottæ, Bibliop.

Typis excudit Gregorius Kerner 1665.

VIR O plurimum Reverendo &
Amplissimo,
Dn. FELICI BIDENBACHIO,
ARCHIMANDRITÆ ADELBERGENSI
SPECTATISSIMO, COGNATO, AMICO
ET PATRONO ÆTERNUM
DEVENERANDO.

Debui aliquid Tuo Nomi*n*i tot vinculis adstri-
ctus: Funxit quippe nos in Majoribus nostris
sincera sanguinis mixtura, me per Parentis
Tubulos ab Avia Bidenbachiae stirpis & nominis
hauriente purpura illius reliquias, quarum plenum
Decus in Te, tuosq; à Patre transfusum: nec intra
Amoris naturalis & cognitionis semina substitit no-
stra conjunctio, verum crescentibus annis cum illis in
solidiora adolevit Robora, dum temporibus calamito-
sissimis me Tu dignatus es mensâ, Contubernio, domi-
cilio, & quod rarum hodie etiam inter sanguine jun-
ctos, liberalissimâ sustentatione, Consilio, opere deniq;
ipso in studiis quibus iniquior erat Fortuna masculine
& laudabiliter iuvisti, memor illius Græcorum Prin-
cipis nullâ re homines propius ad immortalem Deum
accedere, quam benigne faciendo. Quam faventer mo-
meosq;, cum praterito Anno ad Te excurrerem, exce-
peris quoties recogito, in Tui Amorem exardesco.
Cum itaque Dissertationes hasce de Numinis Existen-
tiâ tot radiis illustri denuò publicare rogatus consti-
tuissim,

tūssēm, non diu quārendū erat Amicū Nomen, cū
hoc quāle cūq; præmetiū consecrare, cum tuum
intimis hæscrit hactenū infixum Anīi. Mētisq;ue
Medullis ausus itaque sum, quod Natura dictavit,
Eg̃recta Ratiōnis semita ostendit, nec dubito, ut Tibi
non displicere conatus juventutis Eg̃ prima studio-
rum meorum Germina, ita quæ in fructus culminant,
Tebenigno oculo respecturum. Servet Te Deus, qui
per omnia, quæ sensu vel Mente capimus, illabitur
diu incolūmem, fulciat Robore suo senios Annos pau-
latim accrescentes Eg̃ quem Manaris præfecit domus
sacra, in quâ quondam Tria Osiandrorum Nomina,
quorum ultimum fuit Avi mei desideratissimi fulsere
Spiritu suo principere, ut post expletam Mortali-
tatis Mensuram ad beatas illas M̃ṽas angelorum sti-
patus satellitio penetres, junctus tuis Antecessoribus,
quoram nomina sicut scripta erant in cœlis, cum ad-
huc versarentur in terris, ita æternum in illis ver-
nant, immixtus illorum animabus triumphantibus,
quorum vestigia Muneris administratione compari
pressisti, tum demum viso Deo, quem creature velum
occultat, Eg̃ Consanguineorum consortio æternum fu-
turnus FELIX.

Ita vovet

Reverendæ Tuæ Dignitatis

Addictissimus

Exarabam ultimo
Febr. M. DC. LV.

JOH. ADAM OSIANDER.
Digitized by Google

DE INNATA DEI NOTITIA.

EXERCITATIO I.

TH. I.

Sse Deum uterq; Liber & Natura. Scriptura sufficienter docet; ille præmittitur, hic Tertulliani judicio subsequitur. Quemadmodum igitur timores, ubi preparaverunt prius curationibus quibusdam quodcumq; tandem fuerit, quod rinduram excipiet, ita tandem florem inducunt, sive purpura sive aliud quid sit: Eodem sane modo etiam nos si incluibilis nobis permanere debet honesti gloria, externis utiq; his præinitiat, deinde sacras & arcanas doctrinas audiemus ac assequemur. Et velut in aqua solem videre assueti, sic ipsi luci oculos admovebimus. Si quidem igitur est quedam familiaritas doctrinis inter se, valde utilis nobis fuerit ipsarum cognitio: si minus, tamen inter se comparare, & discere diversitatem, non parum confert ad confirmationem posterioris. Sed & si utramque alicui rei asimulaveris, imaginem assequeris. Certe quemadmodum planæ virtus propria est, matrofructu surgere: addunt autem aliquid ornatus eriam folia, dum circum ramos concutsuntur; sic profecto etiam anima, præcipue quidem fructus est veritas ipsa, non ingratum tamen etiam externam sapientiam circundatam esse, vel ut folia quedam, & regumentum fructui, & adspicuum non injucundum exhibentia. Verba sunt Basilij.

II.

Ut ergo ordine progrediamur, ad priorem hic oculos flectimus, expensuri, an aliqua detur cognitio Dei naturalis? num præcisò Lumine revelationis constet esse Numen in Orbe?

III.

Quæ quidem Quæstio cum duplice intelligi possit, nempe vel Objectivè, hoc est, num ex inspectione Creaturarum posset aliqua subnasci Creatoris notitia? vel Subjectivè, h.c. num Homini ante prævium seu suum ministerium, & discursum rationis à creaturis excitatum aliquis impressus sit Divinitatis Typus, qui tanquam ἡγεμονία stimulet ad universitatem contemplationem & roborandam ex illa Ἰερωνοτια insitam? duplē etiam & distinctam meretus considerationem.

A

IV. Reje-

IV.

Rejecta ut minus controversa ad sequentem Exercitationem **Ob-
jectiva** notitia, in præsentiarum de Subjectiva sententias colligere placet.

V.

Photini quamquam planè ad genium Pelagii naturalia in immensum extollant, nolunt tamen admittere aliquam de Deo naturalem, imprimis autem insitam notitiam. **Receptior**, inquit Socinus, *hodie sententia est, homini naturaliter ejusque animo insitam esse Divinitatis aliuscujus opinionem*, sed hanc sententiam falsam nos esse arbitramur. **Præle&t. Theolog. cap. 2.** quod homines de DEO aliquid sciunt, scribit Ostroodus in Institutionibus, *id non habent ex natura neque ex consideratione Creationis, sed ex auditu, quoniam ab initio se Deus hominibus manifestavit; Gemella invenies in modernis, Crello, Schlichtingio, & aliis.*

VI.

Arminiani seu **Remonstrantes** in Belgio, cum non modo non necessarium, sed & superfluum judicarint, ut de hac quæstione quicquam in sua Confessione definirent, valde suspectos sese reddiderunt consensu cum Socino & asseclis, imprimis quia *Simon Episcopius*, Antesignanus illorum, in publico Illustriss. D. D. Ordinum Hollandæ West-Frisiæq; Confessus fassus est, se in *Scriptis Cunradi Vorstij*, qui opus vñ C. Rakoviensibus, notanter autem in libro ejus de Deo, nihil reperisse, quod cum veritate aut pietate pugner, & Disputationes privatæ in gratiam Arminianorum suscepit negativam satis superque inserviunt.

VII.

Calvinianorum si forulos excutias, diversos diversa docere confessim compieris, nam ut ut *Zanchius*, *Virginus*, *Polanus*, *Alstedius*, & alij insitam de Deo notitiam propugnant, non tamen in eorum sententiam concedunt *Ludovicus Crocius*, *Marcus Fridericus Wendelinus*, & quis hisce præluxit *Clemens Timplerus*, aperte negans rationum Trigâ in medium adducta cognitionem de Dei existentia Homini esse innatam, videatur Metaphylici Systematis lib. 4. cap. 2. Probl. 2. pag. 369.

VIII.

Quid Pontificij sentiant forsitan omnibus est obvium, cum sub his terminis præcisè quæstionem hanc non proponant, colligitur autem ex Commentatoribus ad summam Thomæ & quidem ad primæ partis quæstionem secundam, articulum primum; ubi disputant: *Verum
Deum*

Denuo esse sit propositio per se nota non tantum secundum se, sed etiam nobis Viatoribus sive secundum nos?

IX.

Ingentem hinc concitant pulverem strenui illi Luctatores & Antabatomachi, ut vix possis perspicere, quæ singulorum in tam diversa abeuntium sit sententia; *Quidam* enim & natura & nobis per se notum esse existimant *Esse aliquod numen*, ut sunt *Egidius, Thomas de Argentina, Albertus & alij*: *Quidam* per se quidem notum esse concedunt, at non nobis, quam sententiam defendunt *Thomas, Richardus, & qui alias inter se semper ferè contrarii Franciscus Suarez, Granatensis, & Gabriel Vasquez, Bellomontanus*, ille quidem Tom. 2. Metaph. disput. 29. sect. 3. artic. 32. pag. 41. hic autem Commentar. in Thomam Tomo I. disp. 19. cap. 2. p. 88. *Quidam* neque per se nequenobis notum esse contendunt, ut *Henricus de Gandavo, Petrus de Alliaco, Iohannes de Bassolis & alij*, & quantæ dividæ circa explicationem terminorum? *aliis* per se notum hoc, *aliis* alio modo definitientibus, in d distinctionem hanc quibusdam plane evertere & tautologias accusare satagentibus: Videatur Rodericus de Arriaga Tom. 1. Oper. Theol. disp. 2. sect. 1. art. 2. & seqq.

X.

Quanquam autem in hoc tenebrarum Regno difficile sit certa notare vestigia, *communis* tamen *opinio Iesuitarum & Thomistarum* est, Propositionem illam de Dei existentia non *esse notam per se nobis*, adeoque non dari notitiam de Deo insitam,

XI.

Moderni quidam *Philosophi*, qui notitiarum naturalium strenui propugnatores esse aut videri volunt, nullam tamen notitiam congenitam agnoscunt, sed omnem de Deo sensum presupponere Creaturarum Speculum, sensum exercitum, rationis discursum constanter defendunt; non negant quidem lumen Intellectui connatum, quod sit participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes æternæ, sed à notitiis ipsis accurate volunt discerni; non negant lumen illud naturæ esse aliquam Intellectus humani πλείωσιν, sed nolunt ab intellectu realiter distingui: Addunt, ut oculis, in quibus est velut flammula lucida, quæ illis impertit vim videndi, res propositas aspicimus & colorum discrimina dijudicamus, ita mentibus nostris divinitus insitam esse lucem, quæ Deum cognoscamus & discrimina honestorum & tur-

pium cernamus , & ordinem , numerum , distinctionem , naturam & proprietates rerum à Deo conditarum quasi aspiciamus .

XII.

Nostra & Theologorum nostrarum sententia est : non solum dari in adultis notitiam quandam de Deo haustam ex intuitu Creatutarum & per Actum Intellectus elicitem, sed etiam nativam, divinitus impressam, omnibus & singulis hominibus communem , ante ommem vel sensacionem vel Intellectus operationem, quæ Radix quasi & principium acquisitæ & successu temporis ex Creaturis ducetæ.

XIII.

Ut stabiliatur hæc thesis, producimus primo locum, Rom. 1. v. 18. & 19. ubi Gentium Apostolus hæc habet : Αποκαλύπτεται γωγὴ Ἰησοῦς ἐπὶ σέργου ὅτι πᾶσαι ἀπεβάσαι καὶ ἀδικίας αὐθρώπων, τῶν τινων ἀληθεῖας τοις ἀδικίᾳ κατηχόντων ; διόπι τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ Φανερόν εἰναι τοῖς ὄρδινεσσιν Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. Vulgatus vertit : Revelatur enim ira Dei de Cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum, qui veritatem in justitia detinent. Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis : Deus enim illis manifestavist. Recentior Interpres reddidit : Paret enim ira Dei è Cælo adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, ut qui veritatem in justitate detineant, quoniam id quod de Deo cognosci potest, manifestum est, intra ipsos. Deus enim eis manifestum fecit.

XIV.

Præmittimus ut de sensu loci allegati melius constet peculiarem Ludovici de Dieu Annotationem, quæ ita phrasin τῶν τῆν ἀληθεῖας κατηχόντων exponit. Beza scribit laudatus Author, ut qui veritatem in justitate detineant. Malim cum vulgato ad verbum vertere, qui veritatem in injustitiam detinent, neq; n. sensus esse videtur eos agnitam Veritatem injustè & præter fas opprimere, sed dum injustitiam cum Veritate copulant hanc por illam opprimere. Et hoc voluit Arabs quando vertit paraphrastice, qui norunt veritatem & perpetrant injustitiam, id est, qui agnitiā veritate pessimi tamen sunt, adeoq; veritatem quidem tenent, sed injustitiam immixtam. Non videtur κατηχειν accepisse pro detinere, id est opprimere, sed simpliciter pro tenere, seu continere, seu possidere, ut & Syrus qui vertit *babent, tenent, possident, quæ significatione κατηχειν usurpatur, i. Cor. 7. v. 30. & 2. Cor. 6. v. 10.* Nec nego quin rectum hoc loco sensum habeat; sed videtur tamen majus quid & efficacius hic dici, nempe eos veritatem in

Exercitatio I.

5

in iniustiā detinere , id est custodire firmiter retinere , nē ab eā separari queat eodem sensu , quo pīi in corde bono , ac honesto τὸν λόγον Ἰησοῦ κατίχεσθαι , Luc.8. ψ.15. Veli in iniustiā captivam detinere ne sui juris sit , sed dominium peccati agnoscere teneatur , eodem sensu , quo quis dicitur κατίχεσθαι νοούμενος detineri Morbo , Joh.5.14. & ut ante redemptionem dicebamur κατίχεσθαι τὸν νόμον detincri in lege , Rom. 7. ψ. 6. quia ἀκνεῖεν τῷ αὐθρώπῳ dominabatur homini ψ. 1. vel denique in iniustitia , id est per iniustitiam retinere , remorari , impedire , quo minus vim suam exerere possit veritas , quomodo , 2. Thess. 2. ψ. 6. 7. Imperium Romanum dicitur κατίχειν τὸν ψον τῆς ἀπωλείας remorari filium perditionis nē Mysterium iniquitatis protinus in apertum erumperet . Adversatur sane quām maximē iniustitia veritati , cainque valet , ut tenebra Lucem , unde recte & elegantissimē Alij Tenebra iniustitia obtenebrant fidem . ad ψ. 19. verò hæc addit διότι τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ Φαντόπον ἐστιν τὸ αὐτοῖς sicut , Rom. 2. ψ. 4. τὸ ζητοῦν τῷ Θεῷ Φαντόπον ἐστιν τὸ αὐτοῖς & Arabs τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ acceperunt pro ἡ γνῶστιν τῷ Θεῷ cognitione Dei passiè scil. sumpta , qua Deus ab hominibus cognoscitur . Hæc cognitione manifesta est in ipsis , id est naturaliter habentem homines , ut ex creaturis cognoscant creatorē inquit Scholiafestes Syrus .

XV.

Quanquam vero huic Interpreti favere videatur Basilius in regulis suis brevioribus : ubi sexagesima quinta Interrogatio est hujusmodi : Quomodo veritatem in iniustiā aliquis detinet , & hanc subdit Responsionem . Tunc nempe id fit , quotiescumque datis à Deo bonis ad proprias voluntates & voluptates abutimur , quod vitium in se fuisse negavit Paulus , cum scripsit Corinthiis non sumus sicut plurimi adulterantes Verbum DEI , &c. non tamen probatur illa eruditis , texturnque apostolicum accuratius lustrantibus , tum quia hoc ἀεροδιογράφω ratio redditur , cur Ira Numinis exardescat adversus homines , scil. quia veritatem Notitiae naturalis premant agnoscente ipso Johanne Crellio in Commentario suo inchoato super hanc Epistolam pag. 60. finge Paulum agere de possessione , non violenta captivatione quantum decedet , nervo Argumenti : tum quia positio articulum τῶν non esse vel αἰνιολογικὸν vel ἐξηγημένον , sed Διαχειρίζεσθαι , Rom. 2. ψ. 3. 7. 8. 9. non tamen consequens erit vocem κατίχειν hic non captivationem

A 3

vio-

violentam , sed possessionem cum obliquatione possessi notare , vel ut ille loquitur , copulationem injustitiae cum veritate , quia potissima significatio τῆς κατίχειας est ita detinere , ut vis inferatur detento , illudque suis contra nitatur viribus , possunt id docere pleraque ab ipso Interpretate allegata loca , sic 1. Cor. VII. v. 30. Qui emunt jubentur esse μὴ κατίχοντις non detinentes , non incubi emptorum , non prementes acquisita instar Euclionum , qui vim faciunt opibus undecunque corrasis , sic κατίχειας γενήσαλι , Joh. 5. v. 14. est detineri Morbo cum renitentia ægroti , qui anxiæ sanitatem desiderat , è vinculis infirmitatum liberari gestit , invitus calamitate illa premitur , sic κατίχειας ἡ νόμων violeniam fanè connotat ; præprimis autem pro nobis militat Locus ex 2. Thels. 2. 6. & 7. ab ipso Ludovico notatus , ubi τὸ κατίχον vel ille κατίχων non notat detinens vel detinentem quocunque modo , sed violenter prementem conatus Antichristi , impedientem viribus sat validis eluctandi vires , qualis κατίχων fuit Imperium Augustum Romanorum violentum , & terribile : tum quia & versiculus vigesimus primus captivationem illam exponit , & Syrus , quem pro se allegat , à nostris stat partibus , ut potè usus verbo non simpliciter possessionem , sed violentam detentionem significante ut inspectio parallelorum , Matth. 26. 48. 50. 57. Marci 3. v. 21. Luc. 4. v. 42. satis evidenter evincit , nec non plerique Interpretes captivitatem hic indicari aestimarunt , ex patribus Chrysostomus & Augustinus sermone 55. de verbis Domini secundum Johannem , ex Pontificiis Thomas de Vio , Cajetanus , Estius , Cornelius à Lapide , Tirinus , Novarinus & alii , ex nostris Osiander , Calixtus , Gerhardus , ex sociis Calvinianis Beza , Paræus , consulatur insuper Hugo Grotius , & Simon Episcopius , quorum ille similitudine ducta ab illis , qui in atro carcere captivi detinentur , phrasin Apostolicam illustrat , hic vero utus Photinianis adhinniat circa expositionem versiculi decimi noni & vigesimi tamen ad nostrum hæc commentatur : Evangelio revelatur omnibus hominibus tam græcis , quam Judæis gratia divina ex una parte , sed ex altera parte revelatur divina ira ac severitas , quâ Deus è cœlo usus est præcedentibus ætatibus tam contra Græcos , quam contra Judæos ob impietatem & injustitiam illorum , quod nec illi , nec hi regulam illam vivendi sequerentur , quam veram esse sciebant , sed eam adeo neglectim contemtumque haberent , ut de eâ sequenda nè quidem cogitarent , imd

tit eam quasi captivam vincitamque in carcere , aut vi oppressam superpressamque detinerent , atque absconderent, non aliter , quam si regulæ illius notitiam prorsus nullam haberent.

XVI.

Non solidius est quod ad versiculum decimum nonum addidit, neque enim τὸ γνῶσθαι τὸ Θεόν hic notat γνῶσθαι passive sumptam , ut quidem vertit etiam Stapulensis , sed objectum exprimit , dicit id quod naturaliter de Deo est cognoscibile vel physicè, vel moraliter, quibusdam vertentibus quod de Deo cognosci potest , quibusdam quod de Deo cognosci debet , neque illud γνῶσθαι adæquate absolvitur Creaturarum Medio , quasi in gentibus esset manifestum, esse Deum, solo operum intuitu , neque τὸ Φανέρων ἔνας talem præcisè manifestationem insinuat quæ discursu nititur , sive enim illud Φανέρων accipiatur generaliter prout omnem modum complecti potest notitiae sive illa habeatur sine discursu , sive ex illo, prout ad notitiam tum insitam tum acquisitam à quibusdam extenditur , sive speciatim de manifestatione contradistincta discursui instituto ex creaturarum complexu, de quo paulo post, sensus quem inculcat de Dicu non subsistit, non primo quidem modo, quia contra naturam genericæ significationis arcta vocabulum ad notitiam acquisitam, nec altero , quia ita sibi contradistinguuntur manifestum esse in aliquo & pervideri ex creaturis. Melius itaque & de superiori & præsenti versiculo sentit Beza, *dnm ad illum hec addidit.* Injustè ēt addixia Eb ἐδοκει. (bechames) pro quo ad verbum vulgata & Erasmus, in injustitia. Est autem in justitia suum cuique non reddere. Quum igitur veritas nos doceat unum verum Deum ut omnipotentem & æternum colere & nulli facere injuriam , & hic quodammodo gestat ipsa veritas erumpere : in justè faciunt homines , quod nec verum Numen ritè colant , nec cessent alii alias , atque adeò se ipsos lēdere , & veritatem quasi intus luctantem opprimunt , quo minus vim suam exerat , ad hunc vero accuratè infestando emphasi Pauline ēt αὐτοῖς intra ipsos. Hæc est igitur veritas quæ injustè detinetur. Sic autem malui convertere quam inter eos , vel apud eos, sicut nonnulli fecerunt, puto enim servandam esse propriam significationem præpositionis ēt, ut ēt αὐτοῖς idem valeat, atque in ipsorum animis , quia hæc DEI notitia recondita est in intimis mentis penetralibus , ut velint nolint Idololatræ , quoties se se adhibent inconsiliū,

Ium, toties à se ipsis redarguantur, alienum autem est, quod quidam phrasin illam *ἐν αὐτοῖς* referant ad hominem non ut subjectum, sed exemplatum, quasi sensus esset, in ipsorum anima & Mente, adeoque totum hominem relucet maxime & cognoscitur Dei virtus & Majestas, utpote qui Imago DEI, quia nondum agit de Objecto Apostolus ex quo notitia illa efflorescit, & in sequentibus non solum microcosmum, sed vel maxime hanc Orbis Machinam Creaturarumque corporalium comple-
xum in incentivum interiorum strictrarum proponit.

XVII.

His discussis argumentamur hoc modo: Quodcumq[ue] γνῶση inest omnibus hominibus, captivatur iniquè, & manifestum est in gentibus Φανερώσι divina, illud ipsum est insitum, nativum, & à prima hominis origine Menti impressum; Atqui γνῶση τοῦ Ιησοῦ, seu, ut cum Catone loquamus, Cognobile DEI, inest omnibus hominibus, captivatur iniquè & manifestum est in Gentibus Φανερώσι divina; Ergo.

XVIII.

Nexus Majoris est adamantinus: Si enim inest omnibus & singulis aliquod γνῶσην, tum inest non solum discurrentibus, sensum ad miniculō utentibus, & in Creaturarum Speculum respicientibus, sed etiam sensibus & Exercitio rationis destitutis, quales cœci & infantes adhuc à matre rubentes, imò intra viscera uteri conclusi, quorum notitia non potest esse nisi congenita, nisi cum vita transfusa; si captivatur iniquè, ergo actu adest, ergo intus contra genium suum premitur & possidetur, ergo non est mera οἰλίαμις ad γνῶσην successu temporis acquirendum: si manifestum est in gentibus Φανερώσι divina, imò omnibus hominibus, planissimum est non per prolixos consequentiarum ductus, non per gentilium singularem industriam, non per objectorum Illicia illud ipsum in Mente nostra exsurgere, qualis acquisitæ Origō est & Ratio.

XIX.

Minor Solis radio scripta exhibetur ab Apostolo, loquitur enim de omnibus quos ἀπέβεια καὶ ἀδικία commaculat, iraque divinæ obnoxios reddit; loquitur de tali γνῶσῃ quod cum αἱρθεῖα iniquè captivata coincidit; loquitur de tali lumine, quod Φανερός ēst in αὐτοῖς, quod à luce primæya in intumentis viscera defluxit.

XX. Ne-

XX.

Nebulas huic luci offundunt, qui ad Majorem reponunt, primò non quod omnibus hominibus æquè inest, confessim omnibus hominibus esse innatum; Eudem Solis & Lunæ cursum omnibus hominibus apparere, & eandem de eodem esse cognitionem, omnes sentire ignem calefacientem imò & urentem, videre lapidem descendenter, deprehendere colores visibiles, &c. has virtutes omnibus hominibus sensu & ratione utentibus esse communes, nec tamen esse innatas. Secundò etiam notitias acquisitas posse captivas teneri, non itaque necessarium esse, ut notitiaz illaz in injustitiâ detentaz confessim sint insitaz sive connatæ, & latius patere intus possideri, quam connasci. Tertiò Manifestum quoque per se esse Ortum & Occasum Solis, descendens grayium, non tamen Ortus & Occasus notitiam nobis esse innatam, nec enim manifestum per se, opponi ei quod innotescit per aliud, cum Paulus ipse doceat DEUM patefecisse illis per visibilium Creaturarum complexum, nec manifestum in aliquo extrinsecæ origini adversari, ipsum Apostolum ita loqui de τῷ γνῶσθαι τῷ Θεῷ in ψ. 18. & 19. Ut aperte pateat, ex visibilibus hujus universi illud esse deductum.

XXI.

Ad Minorem verò, falsum esse γνῶσθαι τῷ Θεῷ inesse omnibus, esso innatum: Nullam esse sequiamur; Ira Dei revelatur de celo super omnem impietatem & injusticiam hominum veritatem in injustitia detinentium; ergò veritas illa est connata; Motu hoc esse & voluntatem hominis attinere, non intellectum; Longè alium esse verborum Apostolicorum sensum, nempe veritatein, quam gentiles de Deo naturali intellectus lumine ex visibilibus mundi Creaturis hauserunt, in injustitia ab ipsis fuisse detentam. 2. Veritatem de Deo, sive γνῶσθαι τῷ Θεῷ quidem captivum quasi teneri in injustitia ab hominibus, non autem hoc cum Notitia impressa coincidere, loqui Apostolum in ψ. 18. de re, modum autem exponere, ψ. 19. & 20. A re autem ad modum determinatum illictum institui propositum; Tandem 3. Non dici ab Apostolo notitias insitas esse manifestas, peti itaque principium per suppositionem illius quod in Controversia, nec Φαρεροι opponi Διανοητω, eo ipso, quo illud Φαρεροι ex clara mundi inspectione in nobis resulget.

B

XXII. Ex.

XXII.

Exutiamus singula distinctè ; *negant* id , quod omnibus inest , confessim innatum esse , *instantia à curlu Solis* , calefactione ignis , lapidis descensu , petitâ ; *At malè negant* , cùm exempla adducta non quadrant , nec quoad latitudinem subjectivam cum notitia illius principii *DEVVM esse* comparari possint ; *Communes* sunt istæ veritates hominibus non omnibus , *sed sensu & ratione* utentibus , *imò ne his quidem omnibus* : *Anne etiam Infantes* cum primum in lucem eduntur Solis Lunâque cursum agnoscunt ? *An ignem urere tale γνωστὸν* ut omnes convincat & naturaliter in assensum rapiat ? qui ergò illi , qui *in extrema Aegypti Ora ad Oceanum sedes posuere* suas ab Eudoxo allatum ignem quondam ita adamaverunt , ut sinu excipere voluerint ? qui *Infantes* ignem candelæ appetunt , non refugi , nisi sensu vim ustivam deprehenderint , nisi experimento edacti cautius agere didicerint . *An descensus gravium* , colorumque varietas etiam ad cœcos sese extendit ? *Manet itaque firmum* , quod , quicquid toti speciei , omnibus & singulis individualiis à maximo ad minimum , à summo ad imum , inest , illud pro congenito agnosci , nec quæ secundum quid universalia sunt , ad universalitatis absolutorum cum natura connexionem posse assurgere .

XXIII.

Negant secundò , à captivitate duci ad insitæ notitiae præexistentialiam firmum argumentum : *At posito* , solitariè per captivationem violentam non inferri præexistentiam alicujus nativi , *noudum tamen causâ cecidimus* , ut ut enim hoc non concludatur , infert tamen præexistentiam actualem alicujus notitiae undecunque haustæ , destruit hypothesis illam adversariorum , quâ potentialiter illud γνῶσθε θεός accipiunt & explicant , dum ipsi agnoscunt consequentia vim , instantia loco repositis notitiis acquisitis actu mentem imbucentibus ; *sed non opus est* , ut tantum largiamur impugnantibus ; cum firmissima , si verbis Apostoli inhæreamus , à captivatione illa violenta ad notitiam insitam captivata sit consequentia . *Quodcumque enim γνωστὸν* ante Exercitium sensuum , operationem Intellectus , applicationem contemplativam ad visibilia universi , captivatur , illud procul dubio insitum , nativum , & à virtute primordiis complantatum est ; *At verò γνωστὸν* illud Paulinum etiam ante sensuum & Intellectus Exercitamenta captivatur , Ergo ; *Hoc vult sibi distinctione* , γ. 18. & 19. *Hinc tendit progressus argumentativus Apostoli*

li, id intimat particula $\chi\alpha\rho\sigma\tau\lambda\lambda\omega\gamma\iota\kappa\eta\chi$ ex insito τῶν γνωστῶν tanquam causā inferens Effectum contemplationis penes adūtos & applicatiōnem interiōris stimuli ad extrinsecum objectum , adeoque concursum interni & externi principii suavemquem connexionem : *Aērem autem ferit*, quod de *Impiis in Ecclesia* opponunt, audire eos quotidie de Deo sermones , illumque cognoscere & tamen illud verbum auribus acceptum in iustitia detinere , nec enim apud impios in Ecclesia est captatio , sed contemptus , non oppressio , sed neglectus , non incarcera-
tio, sed repudium.

XXIV.

Negant tertio, Manifestum in aliquo opponi extrinseco cognitionis principio ; *At* negasse si sufficiat, quid firmum erit in orbe ? *Producunt* quidem Solis Ortum atque Occasum , ut vim nostrę Majoris obtundant ; *At*, si tam manifestus ille , cur tot concertationibus obnoxius in Belgio ; *cur* doctissimi in illo vel astrnendo vel destruendo defudant ; *Cur* Cartesiani & Peripatetici Philosophi & Theologi in Academiis florentissimis tantum in hoc argumento explicando dissident ? *Descensus* gravium manifestus est , sed non omnibus , non intra cordis penetralia Mentisque recessus , præcisa attentione ad corpora , sed intendentibus. *Longe* diversa sunt , aliquæd esse manifestum (sicut ita , posse hoc vocabulum eousque extendi) sensuum intervenientes Exercitio adèque acquisitè , & aliquid esse manifestum in aliquo , adèque connaturaliter illud , non opponitur principio extrinseco , sed amicè cum eodem conspirat, imò necessariò illud ipsum præxigit , *hoc* verò istam connexionem solicitare quis demonstrabit ? Patefactio huc nihil confert, nam enim illa externa ? Probandum hoc , non supponendum ; nullane interna ? nihilne cordibus inscriptum ? manifestum est in nobis γνωστὸς Θεός , quia Deus in nobis istud patefecit , aliud rei initium aliud , augmentum , illud versiculos decimus octavus , *hoc* decimus nonus respicit.

XXV.

Transeamus ad vindicias Minoris : negatur γνωστὸς Θεός , omnibus inesse , quia aliud Mores Americanorum , Lex Sardorum , Lydorum Consuetudo suadeat ; *At* si hæc evertunt notitias infitas , expungent quoque acquisitas ; *anne* quosdam solum arguit Paulus ? *annon* agit contra Græcos & Barbaros ? οὐφρεγματεῖς ἀνονοῦσιν . i. 14 ? *annon* contra omnes

homines, quos coram divino judicio convincere & à vano logiſtice, reddere intendit? nec sequitur, Morale aliquid intercurrit in verbis Paulini; ergo τὸ latens sub captivatione non est Physiscum, à primordiis vietæ impressum: falsam autem esse Interpretationem verborum Pauli subjunctam præcedentia docere possunt: *Negatur 2.* γνῶστον θεοὺς cum notitiā impressā coincidere, quia versiculus subsequens rationem modumque illius notitiæ exponat, at male opponuntur subordinata, ponit Paulus principium facilitatis internum, externum in subsequente superaddit. Quid autem veritas ἐν φυλακῇ? quid γνῶστον θεούς sub θησαυρῷ? quām notitia principiorum de Dei existentia & quibusdam attributis? Insitam autem illam esse hactenus luculenter probavimus; *Negatur 3.* Apostolum dicere, notitias insitas esse Φανερές, non dicit quoad explicitam subjecti mentionem, concedo, dicit quoad prædicati cum illo τῷ γνωστῷ compositionem, nec concludimus, quodcunque γνῶστον est Φανερὸν in nobis, illud est insitum, sed notitiæ insitæ sunt Φανεραὶ: Ergo. demonstramus istas notitias esse insitas in Conclusione, non supponimus in Minore, sed hoc voluntus, atqui γνῶστον θεούς principia illa communia, notitia illa esse aliquem DEV M est manifesta in gentibus, imò in omnibus omnium temporum, ordinum, statis hominibus: Ergo; hoc evertendum est: hic docendum, hoc Φανερὸν divinum, hoc Φανερὸν universale, non opponi Διενοητῷ, industriae discursivæ, extrinseco irritanti, imprimenti, objectivè concurrenti principio.

XXVI.

Succedat alter Achilles ex, Rom. cap. 2. v. 14. & 15. ubi hæc leguntur: θτεγ χρῆ ἔθνη τὰ μὴ νόμου ἔχοντα, Φύον τὰ θνόμους ποιῆται νόμος μὴ ἔχοντος, εαυτοῖς ἐστι νόμος. οἵπερες ἐπιδείκνυσται τὸ ἔργον θνόμους θεατήσιν ἐν πᾶσι καρδίαις αὐτῶν, σφι μαρτυρέοντος αὐτῶντος σωματιδήσεως, καὶ μετεξέν αὐληταῖς τῶν λογισμῶν κατηγορεύσαντων, η καὶ διπλογεμένων. Vulgatus redditum: Quum enim Gentes, que Legem non habent. naturaliter ea, que Legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex: Qui offendunt opus Legis scriptum in cordibus suis, testimoniū reddente illis conscientia ipsorum & inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendantium. Beza vertit: Nam quum Gentes, que Legem non habent, natura, que Legis sunt, faciunt, isti Legem non habentes, sibi ipsis sunt Lex: Ut qui offendant opus Legis scriptum in cordi-

Cordibus suis, unde testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus se membro accusantibus, aut etiam excusantibus.

XXVII.

Antequam Conclusionem sententiaz nostraz farentem deducamus ex his verbis, consideranda occurrit Interpretatio Guillelmi Estii in Academiâ Duacenâ Professoris primarii & ejusdem Universitatis Cancellarii, qui hæc accipit de gentibus conversis, fide Christi Mediato-ris imbutis, & per ejus gratiam ea, quæ legis sunt, facientibus, sive Christi præcesserint Adventum, sive fecutæ, probatque tum ex Scopo Apostoli, cui propositum fuerit ostendere, sine fide Christi omnes esse sub peccato tam gentiles quam Judæos, quod & superiori capite de gentilibus late executus sit, nec usquam alibi de gentibus à fide Mediato-ris alienis ita loqui, ut tribuat eis aliquam veram legis observatio-nem, sed ubique varia eis ascribere Crimina ut, Eph. 2. & 4. Coloss. 3. 1. Thess. 4. de quibus & in hac Epistola cap. sequenti pronunciet, illud tum Judæis commune. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum: tum ex totius loci contextu, quem diligenter expendat Augustin in Lib. de Spiritu & li-tera, nam proxime præcessisse factores Legis justificari, videlicet sive Judæos, sive Gentiles, sive legem scriptam accepissent, sive non. Et quia dubitari poterat de gentilibus, quomodo Legem faciendo justificaren-tur, quwm legem non accepissent: idcirco modum hac parte declara-re, dicentem: Cum enim gentes &c. Certum autem secundum fidem catholicam nullos infideles fuisse justicatos aut justos apud Deum, etiamsi nonnulla, quæ Legis sunt, facerent, igitur neque subsequentem hanc declarationem de gentibus infidelibus accipi posse, sed de solis fi-delibus esse verificandam, cujuscunque temporis fuerint: tum ex con-clusione apostolica, quia Gentilem iustitias legis custodientem & le-gem consummantem in fine capitilis appellet Judæum in abscondito & iustitiam ejus vocet circumcisio[n]em Cordis in Spiritu, non littera, cu-jus laus non ex hominibus, sed ex Deo, hæc enim planè congruere cum eo, quod hic dicat, Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ Legis sunt facere, ut qui ostendant Opus legis scriptum in Cordibus suis: licet non habeant scriptum in tabulis, sicut habebant Judæi.

XXVIII.

Variant autem qui cum Estio sentiunt, quibusdam de Gentilibus ante Christum peculiari gratia vocatis, qualium ex ordine fuerit Jobus,

quibusdam ad Gentes conversas ad Christum referentibus , quibusdam cum isto Interpreti utrumque numerum conjungentibus , sed contra Mentem Apostoli : quod docere potest *confideratio subjecti* , agit quippe de gentibus contradistinctis Iudeorum populo , lege carentibus , at quis admittere poterit salvâ veritate , Gentes ad Christum conversas vel fideles destitutas fuisse lego , cum conversis esse nequierint nisi prius probè hoc Mallo contritæ , putidum autem est quod regreditur , non militare hoc adversus illos gentiles , qui Christum præcesserint , Christum nullam deditse legem in tabulis aut membranis scriptam , denique legem Christi præter legem naturæ & fidem Mysteriorum pauca continere servanda , magisque consistere in Spiritu ac dono gratiæ , quæ Lex impleatur , quam in præceptis , quæ jubeantur imprimari , nam etiam fideles V. T. extra Judaicum Coetum alibi locorum degentes , eo ipso quo conversi fuere , agnoverunt peccata , Messiâ sibi opus esse crediderunt , ex lege vero morali agnitus peccati juxta Paulum , Rom. 3. v. 20. Neque quæstio est , an Christus legem tulerit nec ne , quod imprudentius Pontificii alias cum Photinianis propugnant , sed num gentiles ad Christum conversi potuerint converti absque lege , præscindendo à quo fuerit promulgata vel manifestata , absque notitia deformitatis nativæ & ascititæ , nec non difformitatis naturalis ad sanctissimum illud divinæ puritatis Speculum , num Convercio vera & seria possit esse vel concipi à peccatis ad Deum sine detestatione peccatorum lege prohibitorum , sine prævia notitia hujus mali incumbentis ex Normâ illâ consummatissimæ Rectitudinis contrarium exigentis , singitur insuper Christum legem tulisse , illam pauca continere servanda præter legem naturæ & fidem Mysteriorum , Spiritum ex doctrina Christi dari in complementum legalium præscriptorum , cum passim his assertionibus Scriptura reclamat , prolixe demonstrantibus nostris : evincere itidem potest *intimationis Originis* , dicit Apostolus , Gentiles facere *Phiōs* sive naturâ , quæ Legis sunt , revocat itaque nos ad ductum naturæ , instinctum nativum , atque principium indicat , unde haec operationes , radicem hujus moralitatis & honestatis externæ , neque validum est , quod Pererius reponit phrasin hanc non excludere supernaturale fidei & gratiæ principium operandi . non enim illud naturaliter accipiemendum esse , ut opponitur supernaturali auxilio , sed ut excludit doctrinam legis Mosis , ita enim singitur vocabulo *Phiōs* insolens significatio , quæ in Scriptura non notat

notat naturam per gratiam reparatam , sed gratia^e opposuitur , sic in hoc ipso capite præputium dicitur esse *Ἐν Φύσεις ψ. 27.* videantur loca , Eph. 2. v. 3. i. Cor. XI. v. 14. Judæ Epistola v. 10. ita statuitur absurdè , fecisse gentes opera legis natura quidem duce , verum nullo modo concurrente p̄dagogia legis Mosaicæ , sine quā tamen operari legaliter nemo potest ; arctatur denique Emphasis apostolica , quā hāc ipsa voce excludit non solum legis scriptæ manifestationem , majorum institutionem aliorum informationem vel imitationem , habitum multis operationibus & frequentato Exercitio acquisitum , sed & gratiam supernaturalem , superiusque salutare principium . Tandem premit hoc Interpretamentum *stylis Apostolici attemperatio* . Non dicit Paulus , Gentiles illi ἀνομοι faciunt Legem , sed faciunt τὰ τὰ νόμους neque dicit faciunt πάντα τὰ νόμους , quasi implerent Legem , sed aliqua quæ Legis sunt ; diversissima autem sunt , facere Legem , ut minus commode reddidit hic Cyrus Interpres , & facere ea , quæ sint Legis , cum prius notat & internorum & externorum actuum combinationem , virium & operationum submissionem , atque ad hanc obrussam conformatiōnem , posterius autem externæ saltem honestatis observationem , abstinentiam à sceleribus , quaecunque virtutum moralium Exercitium , & quidem ita , ut quædam τὰ νόμους fiant à quibusdam , omnia verò forte ab omnibus secundum substantiam operis . Nullius autem ponderis est , τὰ τὰ νόμους exponere de præcipuis Decalogi operibus , atque ita obliquare sensum effati apostolici quasi vellet dicere , gentes quæ legem Mosis neque audierunt neque didicerunt cum præcipua legis opera in Decalogo yidelicet præscripta diligenter perficiant , fine dubio justificabuntur apud Deum , antecedens enim fallum est , consequentia autem retusa à Moysi dicente : Maledictus , qui non permanserit in omnibus , quæ scripta sunt in Libro legis , Deut. 27. v. 26.

XXIX.

Fundamento lūbruto facilis supereſt ad Argumenta Responsio . Primum à Scopo abludit , *nam* quia non est consequens , Scopus Apostoli erat ostendere sine fide Christi omnes esse sub peccato , quapropter notantur hic gentiles fide instructi , *nam* quia ratio inferens nullam tribuit hīc istis gentilibus legis observationem , quod supra depulsum : *nam* quia crimina , quæ alibi gentibus tribuuntur , illas describunt secundum corruptionem , & ex fructibus malis mala arbor ostenditur . Tò facere autem τὰ τὰ

τὰ ταῦτα ὡμοία h̄ic tributum s̄istit gentes secundum strictruras illas ex p̄m̄z̄a creatione superstites , quæ non penitus sublatæ n̄e omnis societas humana collabasceret. Alterum non majoris est momenti , supponit quippe falsum, nempe factores legis , de quibus in antecedente versiculo & Gentiles de quibus hic agit , coincidere , ejusdein esse conditionis speciei & numeri, disputat enī contra Judz̄os, qui excipere poterant, se se totos esse in audizione & exceptione Legis, atque auditoribus factores opponit, procedendo per remotionem h̄ujus posterioris , nexumque inter facturam legis & justitiam subsecuturam ostendendo , non subiectum ullum explens hoc requisitum designando , quod agnovere socii, hinc Cornelius respondet factores legis scil. totius , justificabuntur. Gentes autem licet faciant ea legis , quæ facilia sunt, ut honorare patentes, dare Eleemosynam , cavere furtæ, cædes , non tamen possunt totam legem facere & implere sine fide & gratia Christi. Ultimum denique non concludit , quia Gentiles de quibus hic agit Apostolus cum Judzo ἐς χρύσῳ confundit , quā enim demonstrabit Estius, Gentiles facientes τὰ ταῦτα ὡμοία naturā esse filios illos Dei qui per gratiam circumcisi corde, eidein proprium commentarium reponimus , qui h̄ec habet : Docet quis Judaismus & quæ circumcisio hominem Deo commenp̄det, atque ex eo probat versum præcedentem. Sc̄nsus est. Non qui genere aut professione externa & hominibus conspicua Judæus est , neque circumcisio manifesta atque externa, quæ sit in carne, vera est circumcisio. Non negat fieri posse, ut qui in manifesto Judæus est, idem etiam verè & coram Doo Judæus sit. Ipse enim qui h̄ec scribit Apostolus Paulus & in manifesto Judæus erat, & coram Doo, sed negat ex eo verum Judaïnum estimandum esse, quod in manifesto quis Judæus sit, ac similiter de circumcisione, sed qui in abscondito Judæus est, id est , qui Judæus est in abscondito , ubi Deus videt : qui corde ac legis observatione ex corde profecta, Judæus est , ille demum verus est Judæus , ad quem pertinent promissiones Abrahæ. Etz.

XXX.

Aliter sensit de nostro hoc dicto Cajetanus, Molina, & in primis Franciscus Suarez, qui aliquoties illud adduxit pro lege Naturæ, prout constat ex libro 1. de naturā Legis in communi, cap. 3. §. 7. lib. 2. de Lege eterna & naturali ac jure gentium, cap. 15. §. 9. Insignis autem locus est , qui legitur libro secundò allegato, ubi disputat contra illos, quis sentiunt, jus gen-

gentium habere intrinsecam necessitatem in suis præceptis, solumque differre à naturali, quia jus naturale sine, vel facillimo discursu innotescit: *Jus autem gentium per plures illationes, & difficiliores colligitur, & ita adversus illos concludit: Nobis hac sententia non placet, primò, quia multa dicuntur esse de jure gentium, que non habent illum intrinsecam necessitatem, ut divisio rerum, servitus & alia, que infra videbimus. Secundo ac præcipue, quia jus gentium nec circa prima principia moralia, nec circa conclusiones, qua ex illis necessariò inferantur, versari potest, quia omnia illa sub proprio iure naturale comprehenduntur, ut c. 7. probatum est.* Et confirmatur: *Nam omnia præcepta, quæ à Deo sunt in cordibus hominum scripta, pertinent ad jus naturale, ut sumitur ex Paulo ad Roman. 2.* Sed omnia illa, que evidenti ratione deducuntur ex principiis naturæ, sunt scripta in cordibus; Ergò omnia pertinent ad jus naturæ. Et è converso præcepta juris gentium ab hominibus introducuntur sunt per arbitrium, & consensum illorum, sive in toto hominum communitate, sive in majori parte, ergò non possunt dici scripta in cordibus hominum ab auctore naturæ: Ergò sunt juris humani, & non naturalis. Quod si de aliis quibus præceptis juris gentium hoc necessariò facendum est, ut ostendemus, non oportet jus gentium cum naturali confundere, nec propter solas illationes etiam plures ita vocare jus illud, quod simpliciter naturale est: Nam discursus non excludit veram & naturalem necessitatem præceptis cogniti, & quod discursus sit per plures, vel pauciores illationes, magis vel minus notas, valde accidentarium est. Hactenus ille.

XXXI.

Possimus quoque sub Examen hic revocare Interpretamentum Arminianorum, qui conjungenda dividunt, atq; vocem Φύσεi referunt ad designationem originis, non principii agendi, ut scil. concludant, eos, qui naturā Gentes sunt, facere ea, quæ legis sunt, scil. per quandam supernaturalem omnibus hominibus communem gratiam, non per naturam, verum cùm hæc expenderit B. Hulsemannus disp. 2. de Auxiliis gratiæ, thesi XV. §. 7. Benevolum Lectorum cō remittimus.

XXXII.

Remotis, quæ remoram potuissent injicere, et hic argumenta deprendimus ferè, quorū Verba. Argumentamur; *Quicquid inest Φύσις, est inscriptum in cordibus omnium, stimulat conscientiam ad accusationem vel Excusationem eiusdem remorā omni lege extrinsecus lacā & formidabili p-*

nâ transgressionem illius subsequentem, illud est insitum, nativum, & à primis mordis vita impressum; Atque notitia Dei inest Quod, est inscripta in cordibus omnium, stimulat conscientiam, &c. Ergo.

XXXIII.

Major est immotus veritatis, quod enim naturâ inest, id non Instituzione nobis adhuc resicit, vel traditione communicatur; est enim Natura quasi nascitura, videatur Suarez. tom. I. disp. Metaph. disp. 15. p. 352. art. 5. *Paulus*, Gal. 2. v. 15. Rom. 11. v. 2. Eph. 2. v. 3. *Quicquid inscriptum est in cordibus nostris, id non est ipsum Cor, ipsum subiectum, cui facta est inscriptio, aliud enim est Tabula, aliud Typus tabula impressus:* quod stimulat conscientiam, & quidem intrinsecus pungit, lacinat, etiam præcisâ lege latâ, id non exterum, sed internum quoddam principium directum est, à nativitate homini per summum iudicis digitum impressum.

XXXIV.

Minor ferè in terminis habetur per authoritatem Apostoli; *Dicit 1. Paulus*, Gentes legem non habentes, *Quod*, ea quæ legis sunt, fecisse, oportet itaque legem per naturam iis inesse, à qua tanquam principio formalí, illa râ & vobis processerunt, sibi ipsis esse legem, tam atcte adhærere visceribus eorum legem, ut etiam sine externo directorio sentiant se vi quâdam intrinsecâ ad hoc vel illud opus impelli, at qui observat legem, legem cognoscit, lex autem naturæ Dei cultum urget, legislatorem prodit, Deum ergo cognoscit, quia lege ad illius cultum impellitur. *Dicit 2. Paulus*, ostendere gentes opus legis scriptum esse in cordibus suis, at, si inscriptum cordibus, aut digitus regenerationis, aut institutionis, aut discursus ex contemplatione creaturarum hic operam suam impedit, nullum autem horum, sine absurditate dici potest, non primum, alias non fuissent gentes, non secundum, dantur enim non solum Græci, sed & barbari inter gentes informatione destituti, non tertium, quia discursus ex aspectu creaturarum ut talis nullum legis vestigium post se relinquit, non quid turpe aut honestum, fugiendum aut faciendum ostendit, multò minus autem legislatoris alicujus & Judicis severi Typum cordi indelebiliter imprimit. *Quis ergo* consequitur, nisi per naturam legem esse insculptam? *Dicit tertio Paulus*, conscientiam contestari de opere legis inscripto, oboriri ex collatione ad opus legis cogitationum vel accusationem vel excusationem: Si enim recte egredit quis, approbat, si male, accusat, damnat, & tanquam pœna quoddam perpetuâ mentem angit, urget & premit.

- - - - male d' sevior illis:

Quas aut Cedimus gravis iuvonis aut Rhadamentos.

*Quis autem non videt hæc notitiam Dei practicam includere? Quis
descit illud Menandri βροτος ἄπαντα οὐνέδησιν Θεον? quis non con-
cludit, si conscientia omnibus est naturalis, ergo naturalis & insita quo-
que erit Dei cognitio, unde metus ille etiam improbissimorum, etiant
lege solutorum, nisi ex præsuppositâ aliquâ Severi judicis notitiâ inti-
me conscientiae connexâ?*

XXXV.

Egregie in hanc rem tunc sacri tunc profani Scriptores: Lex hæc
inquit *Ambrofius Epistola 71.* Non scribitur, sed innascitur, nec aliqua
percipitur lectione, sed profluo quodam Nature fonte in singulis ex-
primitur, & humanis ingeniius hauritur. Non scriptam esse hanc legem,
sed natam, quam non didicimus, accepimus, legitimus, verum ex naturâ
arripiimus, hausimus, expressimus; Ad quam non docti, sed facti,
non instituti, sed iubuti sumus, testatur *Cicero in Oratione pro Milone.*
Manet itaque fixum, illam Dei representativam legem, illum veri Re-
que Typum esse constans ab ipsa nativitate depositum unicuique com-
missum, ut loquitur *Chrysostomus, Hom. 12, in Epistolam ad Romanos.*

XXXVI.

Immota hæc videri possent, nisi qui diversum hinc sentiunt, omniaib[us]
contranterentur viribus; Ultramque enim propositionem dubiam &
suspectam reddere conantur variis tunc instantiis, tunc distinctione-
bus excogitatis: *Falsum 1.* *Esse* dicunt, τὸ φύσις inesse legem, inesse no-
titiam de Deo, nec hoc Apostolum dicere, sed naturā (id est, natura, sive
naturalis rationis ducu) ea quæ sunt fecisse: *Falsum esse*, ex inscriptio-
ne sequi insitam notitiam, dicere Deum, *Dabo legem meam in mysteriis*
eorum, & in corde eorum inscribam eam, *Jer. cap. 31. v. 33.* *Discere Pan-*
lum 2. *Ad Corinthios cap. 3. v. 2.* Epistola nostra vos estis εἰς σημα-
πεντοῦ καρδίαις ημῶν & v. 3. Inscripta non in tabulis cordis carnis;
Anne autem consequens, nativum esse etiam Evangelium & cum vice
primordiis ortum; Anne Corinthii per naturam impressi cordi Paulino?
Falsum tertio esse, conscientiam præsupponere notitiam Dei in-
sitam, principia practica complantata, plus inferri non posse, quam con-
scientiam fundari in notitiâ Dei, notitiâ principiorum, num autem hæc
connaturalia & nativa sint, nondum liquere, ex acquisitis pendere illam;

notitiis, planum esse ex ipsis stimulis. *Inde* eousque quidam progre-
diuntur, ut *Mercurii conscientia*, ne quo *in scriptam* de Deo notitiam præsup-
ponere, neq; *acquisitam* arguere existimant, cum non Deum tantum, sed
viam quamvis superiorem timeamus, etiam in ipsum horrendum *Damonem*,
cui supplicari in Indi, remittuntque ad *Gellij*, lib. 5. cap. 11. & *Porphyrii*
de Sacrificiis.

XXXVII.

Ut ut verò hi arietes intorqueantur argumento Apostolico, fir-
mum tamen illud instar cautis Marpesiorum persistit. Nam *primo*, si gentes
faciunt *Phoētū*, quæ legis sunt, *Phoētū* oportet inesse legem illis, contrapo-
sita, ut dum *Iudei* dicuntur fecisse opera legis divina directione, oportet
non in illis, sed circa illos, non coenaturaliter, sed exteriori promulgatio-
ne, revelatione, directione, fuisse aliquam legem dirigentem, urgenter;
τελετὴ τοῦ Θεοῦ καὶ νόμος & γνῶσης τοῦ Θεοῦ intimè in cordibus connexa
divellere licet; *Nec vox Phoētū* istam detorsionem ad ductum naturalis
rationis, ad acquistas ex illo ductu notitias admittit, omne analogum per-
se possum stat pro significatu suo famosiore. A primaria autem vocis hu-
jus acceptancee non ulla urgente in contrarium ratione proposita rece-
dendum; *Anne Phoētū* facere quæ sunt legis, idem est ac facere, quæ sunt
legis, beneficio industria circa universum contemplandum exercitare,
beneficio notitiarum acquisitarum? *Annon* Paulus gentes *Judeis* op-
ponit in ratione externæ acquisitionis & intrinsecæ impressionis, gen-
tes enim illam legem, quam *Judei* habebant per solennem promulgatio-
nem, non habuisse per revelationem, & consequenter sola impressione
divinâ naturali, evidentem affirmat.

XXXVIII.

Nihil proficiunt *secundò* Instantiæ ex *Jeremiâ* & *Paulo* petitâ, nam
primo inscribere aliquid in cor alicujus notat actualē communicatio-
nem alicujus veritatis vel cognoscibilis inscripti, & consequenter non
per meram dñiām ost explicaadum, ut quidem illi, qui *in scriptam* noti-
tiām impugnant, sentiunt. *Secundò*, si *καὶ τοιῷ* repetatur vox *Phoētū*,
ut subintelligi debet, ex primo syllogismi membro, instar ceræ diffluunt
instantiæ ex *Jeremiâ* & *Paulo* adductæ, neque enim vel ille, vel hic, de in-
scriptione naturali, & in universum hominum genus se diffundente agit,
sed de gratiosâ & qualicunque aliâ particulari. *Tertiò*, ut *in scriptio in-*
tinata & Novo Testamento per *Jeremiām* promissa respicit legem tabu-
lis

his lapideis digito DEI quondam insculptam, dicit operationem quandam intensam, penetrantem & durabilem, nec lumen solum notat, quo Evangelica solertia, promissiones & favorabiles ampliationes possint intelligi seu apprehendi, sed una propositiones de Evangelicâ gratia, principia fidei, Typos Spiritus Sancti: ita cum opus legis Apostolus dicit inscriptum esse cordibus gentilium, non lumen quoddam solum notat, cuius beneficio notitia acquiri possunt successu temporis, sed una principia practica morum, propositiones de Dei Existentia & Cultu, Typos Judicem & legoslatorem adumbrantes, qui impressi durabiliter, qui, ut in tabulis Mosaicis lex divina, ita insculpi sint in cordibus gentilium illo tabularum beneficio destinitorum; Neque quadrat huc locus Corinthiacus, dicit Apostolus: *Vos estis Epistola nostra, scilicet communis gratia, conversi enim nostro ministerio & DEO & hominibus commendatos nos redditis,* ideoque estis ἐγενέρημεν τῷ καρδιας ιμάτιοι Epistola, quam in corde meo, quasi in intimo sensu altissime defixam gesto, estis etiam Epistola Christi inscripta non in tabulis lapideis, sed carneis cordis, nec enim qualiscunque vocabuli acceptio nostrum argumentum suffulcit, sed tota textus structura, nec Paulus de inscriptione loquens ad διάταξιν, sed actum respicit & aperte internum quid connotat.

XXXIX.

Umbras terribilis in pariete pingunt, quæ nullum terrent cordatum, concedendo, conscientiam presupponere principia practica, noticiam Dei, sed non insitam, non nativam, quid enim de his sentiendum, qui nulla vel acquisiverunt, vel acquirere allaborarunt poteris, quos tamen diri conscia facti

*Mens habet attonitos, & surdo verbere cadit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?*

Remorsus & lancinationes utique existunt ex acquisito seu perpetrato facinore, sed aliud est notitia facti, aliud legis, quæ presupponitur, ad quam facinora perpetrata tanquam ad normam per providentiam divinam homini relictam conferuntur: Quod autem aliqui plane illud à conscientia metu deductum argumentum subvertere nituntur, insanum est, nec enim quamvis superiorem vim timemus Metu Conscientia, sed studio naturalis conservationis, quo etiam bestia dolorifica timent atque declinant, nec horremus Demonem, nisi in quantum concipimus il-

tum et apparitorem in executione judiciorum discrimina, obsecrare
measuram adimplentam, strenuam & invadenter levigantem, nec Meas
Conscientia in qualicunque trehore consistit, sed in agitacione redden-
de rationis de perpetratis, qui in nullum alium, nisi in Deum, nisi in Ju-
dicem supremum se se resolvit.

XL.

Accedit tertio pro reborandâ thesi communis genitum in hac una
regione dissidentium Consensus, ut loquitur Lodanensis lib. 1. de fide. Reli-
g. c. 2. que enim Gens, sit Ciceru, aut quod genus hominum, quod non
habeat sine doctrinâ anticipationem quandam Deorum, quam appellat
prolepsin Epicurus, id est, antoceptam animorei quandam informa-
tionem, sine qua nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari possit.
Multum dare solemus presumptioni omnium hominum, apud nos ve-
ritatis argumentum est, scilicet, aliquid omnibus videri, tanquam Deos esse
inter alia sic colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est: Nec
ulla gens usquam est adeò extra leges moresque rejecta, ut non aliquos
Deos credit, scribit Philosophorum omnium, quas Roma vidit, Sapientissi-
mus, Epist. CXVII. videatur Crellius ipse lib. de Deo. cap. 5. pag. 17.
Cum itaque in hoc Græcus cum barbaro, mediterraneus cum insulano,
sapiens cum stulto consentiant, utique hic locus in nullum aliud prin-
cipium, nisi in naturam sese refunderet.

XLJ.

Cadit ergo sententia Photinianorum, neque quatuor illa argumen-
ta Socini, partim ex principiorum incompossibilitate, partim ex exem-
pli raritate, partim, ex impiorum profana impietate, partim ex populo-
rum barbarie & inolitâ Ruditate petita, quicquam concludunt. Non
primum, quia plus non sequitur, quam hoc, illam notitiam de Deo, quæ
habetur ex Scripturis, esse diversam ab illâ, quæ pendet ex naturæ prin-
cipio, non autem hanc esse plane nullam, non si ad unum principium re-
feratur Numinis agnitus, alterum expungi, neque licere diversimodè
eandem stabilire, quia locus Ebræorum XI. y. 6. non agit de Existen-
tia Entis supremi præcisè, sed ejusdem sub ratione Patris, Filii & Spi-
ritus Sancti, de remuneratore qualicunque legaliter considerato, sed li-
beraliter beneficia in Evangelio promissa credentibus dispensante, adeo-
que non de fide in Existentiam Numinis terminata, sed de agnitione salu-
tari veri Dei, de fiduciâ in ejus gratiam & acquiescentiâ in Deo per Christum,

Nam, agit enim de tali fide, quâ placemus Deo, quâ justificamur, quâ nobis patet accessus ad patrem, qui ex fide Christi, ut constat ex Johan. 14. v. 6. Quia denique non est consequens, sine fide Deo placere nemo potest, ergo potest aliquis esse, qui fide & sic opinione istâ divinitatis careat, prout non est consequens, sine vitâ nemo hominum respirare potest, ergo dari potest aliquis, qui vitâ careat, cum dicitur sine vita neminem respirare posse, connexio necessaria vite & respirationis in istiusmodi propositione intimatur, non Existentia subjecti non viventis, ita quoque quâm artecohærent fides & complacentia in oculis divinis, phrasî Apostolicâ exprimitur, non verò partitio inter fide instructos & destitutos instituitur, quanquam non negemus, maximam hominum partem carere illâ fide, sed non confessum opinione divinitatis, quæ malè copulant Soeiniani & pro iisdem habent, nec, si etiam dantur opinione illâ destituti, consequens erit, notitiam illam de Deo, non esse universalem, ut comparatio juris naturæ docere potest hæticos, de quo non malè Andronicus Rhodius. *Apud homines recta sanâque Mente preditos immutabile est illud jus naturæ, quod dicitur: Quod si bis, qui morbo distortoque sunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet; Nam nec mentitur, qui mel dulce esse dicit, ideò quod egroris aliter videatur. Non secundum*, quia laborat eodem, quo primum, Morbo. Enochus enim creditur specialiter Deum esse, non exclusione generalis notitiae hominibus communi omnibus & singulis, sed aliâ Notitiae & quidem longè sublimioris specie, quam nos fidem vocamus salvificam. Non certum, quo sensu enim Athei dentur, in sequentibus, ov̄ Ḡo, ostendemus. Non denique quartum, quia quid de istiusmodi hominibus sit sentiendum, in vindiciâ ad Minorem secundi Argumenti expoundimus.

XLII.

Ruit Scepticismus Remonstrantium, qui, quô tendant lubricæ illæ propositiones, satis produnt, cum causam problematis hujus indecisi in *Apologia* hanc reddunt, quod hîc Scriptura sufficiat cuilibet homini & argumenta ex illa defumpta talia esse credant, ut cætera omnia præ illis infirma atque incerta, saltem operosiora & controversiis pluribus impedita censemant. In ò Conradus Vorstius, quem sequuntur hâc in parte, satis mentem denudavit, non solùm in *notis ad Disputatiōnem de DEO*. pag. 128. sed & in *Apologetica Responsione ad objecta Fœbi Hommii*, ubi hæc habet: Non referre, quod in Verbis à Festocitate

eis negat , aliquam Dei notitiam (actualem scil.) nobis innatam esse, hinc enim non sequi , nullam omnino naturalem Dei notitiam à se agnoscí , aliud namque innatum esse , aliud naturale , multoqué hoc latius patere , quā illud, v. g. naturale esse homini ridere , loqui , edere , bibere &c. Nec tamen horum quicquam , propriè loquendo , de ipsis scil. actibus , homini reverà innatum esse. 2. Potentialem notitiam sese non negare , distinguendum igitur esse Festo , tum inter actum & potentiam cognoscendi , tum inter diversas cognitionis species , ne quo quod de actu tantum negatur , id etiam de potentia negari dicendum esse. 3. Quod de integris nationibus à se dictum sit , quæ nullam videantur dīvinitatis opinionem habere , id candidè accipiendum esse , scil. non prorsus assertivè , sed aliquatenus dubitative dictum esse. Imò in eo rectè intellecto præfracte nimis tum historiis , tum Experientiæ non esse contradicendum , quæ tales alicubi populos etiam nunc reperiri testentur , in quibus certa hujus opinionis Indicia nulla prorsus appareant , manere itaque , quod scripsiterit , Notitiam Dei haec tenus naturalem quandam esse , quatenus ope & præsidio solius naturæ , h. e. naturalis rationis & hinc exstructæ Philosophiæ , homines hucusque pervenire possunt , ut saltem Deum aliquem esse suspicentur.

XLII.

Succumbit illa pars Calvinianorum , quæ cum Timplero defectum exercitiū rationalis opponit notitiaz congenitaz , vel à sensuum foribus omnia suspendit scibilia , vel patefactionem cum patefacto interno committit . Saniores sunt , qui in acie stant contra Socinianos & paria nobiscum arma versant contra atheos . Neque enim tanti suæ , quæ producit Philosophus ille . Non concludit illud ab absurdo . Tantum abest , ut homo infans sive in utero Matris adhuc conclusus , sive in Lucem editus statim actu cognoscat Deum esse , ut neque vocabulum ipsum , quo Deus in suâ lingua maternâ nominatur , ob rationis infirmitatem intellegat , donec progressu etatis usus rationis per naturam ipsi concedatur ; Aliud quippe est , actu inesse , aliud actu secundo pandi , concedit ipse Timplerus facultatem naturalem cognoscendi Deum inesse homini , eo ipso , quo homo , quo facultatem naturalem intelligendi habet , anne autem inexistente actu facultate naturali cognoscendi Deum , consequens erit , statim actu cognoscere infantem , Deum esse , sive in utero adhuc sit conclusus , sive in Lucem editus , adde nullum esse nexum , Infans ratio-

rationis ob infirmitatem ipsum vocabulum , quo Deus in suâ linguâ nominatur , non intelligit. Ergò multò minus notitiam habet Numinis , aliud enim vox , aliud res , aliud signa , aliud signatum , aliud Nomen , aliud Numen , voces sanè sunt signa ex instituto , pendent ex humano arbitrio , neque naturaliter ut fumus Ignem signant , at quod à nativitate congenitum , naturale est & necessarium , quapropter absurdum non est , haberi Notitiam rei , utut nomen non innotuerit , prout infans notitiam totius & partis , boni & mali habet congenitam , et si nomina illa non intelligat nisi edoctus usu , utpote ex quo innotescit hæc esse aptata illorum naturæ significandæ ; ineptum denique est , quod rationis infirmitatem prætendit , aut enim loquitur de ratione ut sic , aut de ratione in actu ratiocinationis consideratâ , prout sese per actus suos exerit , si prius , nulla est distinctio inter infantem & adultum , ut enim infans & que est animal rationale atque adultus Senecio : ita quoque eodem gaudet rationis beneficio , quod agnoscere ipse cogitur , dum ad primam partem problematis responderet , omnis homo , sicut habet animam rationalem , ita etiam habet facultatem naturalem intelligendi omne id , quod ipsi est intelligibile , hæc enim fluit immediate ab animâ rationali , est proprietas homini essentialis , si posterius , saltem hoc infertur , rationis infirmitatem in infantibus causam esse , cur actu secundo non intelligent esse Deum , vocem illius designativam apprehendant , propositionem istiusmodi enuncient , quæ omnia ut concedi possunt , ita de causa assignata eruditioribus judicium , num genuina nec nè (absurdum quippe nobis videtur , rationis infirmitatem esse causam defectus actus secundi in infantibus , cùm alia assignetur à philosophis) permittimus . Non colligit illud ex origine notitiaz . Omnis , inquit , Intellectio & cognitio humana naturaliter primam suam originem dicit à sensu , quemadmodum id Aristoteles tūm alibi , tūm lib . 2. poster. analyt. cap. ultimo demonstrat , & nos idem in Physicis alibi multis rationibus fusè probavimus . Ergò cùm etiam sensus primum omnium nos deducat ad cognoscendum , quòd Deus sit , sequitur ejusmodi cognitionem non esse homini innatam , quod enim sensu ab homine acquiritur , id non rectè & propriè dicitur ipsi innatum , annon enim ita principium petitur ; Quæritur quippe , num antecedenter ad Exercitium sensuum nobis insit aliqua de Deo notitia , num menti humanæ , ab origine impressum tenue Lumen quoddam ? negat hoc Timplerus & quidem ex eo , quia omnipotens cognitio

gnitio humana sit à sensu , quod tamen in quæstione , quod falso , quid enim fiet de objectis spiritualibus sub sensum non cadentibus , an non hoc qualemque Axioma Aristotelicum multis fulcris opus habet , nè collabascat , ut videre est apud Bartholinum Exercitatione de Anima Can. 5. Cur seposito Lumine tūm Scripturæ tūm naturæ tantum tribuimus Aristoteli , quasi non in quibusdam cœcutiisset , quasi non in hāc ipsâ Materiâ , quæ connexionem habet cum Imagine divina primi-
tus concreata delipisset ut cæteri gentilium . Quid , quod nondum pro-
bārit Mancipium illud philosophiæ Peripateticæ , Aristotelem simpliciter hoc intellexisse , atque non ad experimentalem , acquisitam , actualem & disciplinarem notitiam hanc Maximam restrinxisse , ut quidem alii ejus Mentem exponunt . Ultimum denique rem non conficit . Con-
cludit ille , certum esse , omnem cognitionem Dei ab aliquâ patefactio-
ne oriri , sive naturali , quæ fit in Libro naturæ , sive supernaturali , quæ
fit in Libro Scripturæ Sacræ . Quod si ergo homo ex patefactione Dei
sive naturali sive supernaturali , quatenus sub sensum & Intellectum ipsius
cadit , cognoscat Deum esse , sequi necessariò ejusmodi cognitionem
ipsi actu non fuisse innatam : at nimis festinanter concludit , nimis ar-
etat patefactionem naturalem , concedimus , omnem cognitionem Dei
ab aliquâ patefactione oriri , verùm non necessariò tali , quæ interve-
niente sensuum Ministerio consummetur , concedimus , ex naturali pa-
tefactione esse illam Dei notitiam , sed subjectivè tali , quatenus scil . illa fa-
cta est naturali subjecto , intrinsecè Menti ab ipsâ primâ sui origine con-
tradistinctè Verbo , sive revelationi , verùm hoc ipso notitia insita stabili-
tur , concedimus , ex libro Naturæ pendere illam patefactionem generi-
cè acceptam , at non tantum , sed tantum sub ratione discursu circa ob-
jectum externum , non sub ratione simplicis & habitualis qualitatis ,
ante omne ratiocinium inexistens .

XLIV.

Nec ad veritatis Solem emergunt Pontificij , qui vel impie nequé
per se , neque nobis notum esse contendunt hoc γνῶστα , Deum esse ,
a paganis redarguendi in extremo judicio : Vel notum quidem per se
concedunt , at nobis præfato negant , erudiendi à Paulo inscriptionem
nativam principii hujus urgente , ut ex antecedentibus constat . Nec ju-
vat illos vel ascita demonstratio , vel quorundam etiam supposita termino-
rum notitiâ negatio , vel nominum divinorum relativa conditio , vel
spe-

specierum intelligibilium per dependentiam ad aliud principium productio, omnia enim hæc falsa & in fraudem veritatis conficta, quod conflictus docebit.

XLV.

Sed juvat excurrere in spineta, quibus se armant & tegunt Pontificii & notare, 1. *Explicationis Varietatem*. Tetigimus aliquid supra in recensione sententia, nunc arctius stringendum. *Per se notum esse* distinguunt in ordine *ad se* & in ordine *ad nos* tale, prout hoc fuisse probare intendit Valentia, Disp. i. q. 2. p. 1. Ludovicus Molina art. 2. Tannerus, Disp. 2. Dub. 2. At negant distinctionem hanc alii, judicantque esse superfluam, supposito enim, propositionem veram in communi dividi in per se notam, & non notam per se, inferunt aliquas esse debere per se notas, alias non notas per se, quia frustrâ tradetur ea divisio, querereturque an aliqua propositio esset per se nota, si omnes necessariò essent tales. Concludunt denique, quando Membrum illud, per se nota propositio dividitur in per se notam secundum se, & per se notam quoad nos, non debere dividi alterum illi oppositum, id est propositio non nota per se, quo posito facile probetur divisionem illam non esse bonam, nam in uno ejus Membro comprehendi omnes propositiones veras, cum tamen juxta suppositionem factam debeant multæ non comprehendendi, omnes sc. quæ dicuntur non per se notæ simpliciter; probant primam antecedentis partem, quia nulla propositio est vera, quæ in se non sit per se nota, id est, quod si clare cognoscatur non appareat per se nota, ergo nullam esse, quæ hæc divisione non comprehendatur, etiam illas, quæ ad extrellum oppositum pertineant, quod absurdum. Ratione à priori ostendunt, videtur enim ipsis repugnantia in terminis, dum dicitur propositio per se nota secundum se, sed non quoad nos. Vel enim per te nos secundum illos excluduntur non solum homines, sed etiam Angeli, & Deus ipse cognoscens, atque ita termini implicantur, quia veritas non noscitur à se, sed ab aliquo cognoscente, unde etiam non debet dici nota quoad se, & non quoad ullum cognoscentem, vel excluduntur soli homines & tunc impropter dicunt vocaria nota secundum se, sed debuisse dici, alia esse nota per se quoad nos, alia quoad Angelos & Deum, quo clarius procederetur, verum & tunc rejici posse ita loquentes, quia dum dividitur propositio, in per se notam & non notam, solum sit sermo de nobis, quapropter per se notam non debuisse rursum dividi, in per se notam nobis, & per se notam

tam Angelo aut Deo , consule quoque illa , quæ habet Julius Recupitus . Non minus dissentient in descriptione r̄g per se noti , quasi illa propositione esset per se nota , cuius prædicatum est de quidditate subjecti etiam si ea connexio nobis non sit nota , videatur Thomas , Valentia , Tannerus . At reprobant hoc formale alii , tūm , quia hoc sensu essent etiam per se nota secundum se omnes rerum definitiones , proprietates & passiones item possibilitates omnium Creaturarum in particulari , quia de eorum subjectorum quidditate essent ea prædicata , tum ex eo , quia , eti prædicatum non sit de quidditate subjecti , prout albedo non est de quidditate lactis , concedente tamen Valentia sit per se notum , & quoad nos , cōd quod nos clare intuentes non possemus aliunde id probare . tandem dissentient , circa hæc ipsa Exempla & Instantias propositas , existimantes nihil esse incommodi propositionem in quā definitio prædicatur de definito , esse per se notam , quia probari nequeant à priori , eo ipso enim esse per se notas istiusmodi Enunciations , quod etiam dici possit de omnibus propositionibus circa possibilitatem rerum , ut Leo est possibilis , gratia est possibilis , & quæcunque hujus sunt ordinis . Juvat indicare : *Argumentorum adductorum Infirmitatem* , prius non colligit , quia argumenta demonstrantia hujus Enunciati Deus est , adducuntur non in subsidium notitiae simpliciter stabiliendæ , sed ulterius confirmandæ , non per excussionem insiti Luminis , sed facilitationem potentiaz ad illud non attendentis , tanta enim hujus Enunciati est firmitas , ut non solum de eo constet sufficienter ex sensu interno , sed & abundanter ex argumentorum copia Atheos in ruborem dantium & in orbis theatro publicè convincentium , alterum itidem non concludit , ut enim Photinianorum partibus militat , ita in ordine Examini præmissi tanquam levis armaturæ miles depulsum est . Tertium ipsa prima principia pulsat , quæ & nota secundum se & nobis secundum ipsos Scholasticos , v.g. duo & tria sunt quinque hæc prope relativa sunt , & ab illis evertuntur , qui non solum negant Deum sub ratione cause adeoque Entis relativi non per se innoscere , sed etiam sub ratione Entis necessarii , adeoque absoluti , de quo vide Juniores ; Ultimum in sequente expendum venit dissertatione , ad quam B. L. remittimus . Juvat denique ostendere 3. *Opinionis hujus quocunque modo accepta falsitatem* , falsum est , propositionem hanc Deum esse , non esse notam per se , secundum se , in quo se fatigat Tanner . Disp. 2. Q. 1. Dub. 2. Assert. 2. Falsum est , eam non esse notam nobis per se , cum sit naturaliter insita , ut demon-

demonstravimus; & sanè, ut videtur hæc duæ sententiae multum distare, in centro tamen falsitatis, ut ex superioribus constat, conveniunt, prodente Mysterium Iniquitatis ipso Provinciali Minimorum in Germaniâ Philosophia & Theologiae Lectore jubilato, qui post Authores dissentientes recensitos concludit ita: Licer Thomistæ & Scotistæ non videantur convenire in definitione propositionis per se notæ, attamen concordant in hoc, quod hæc propositio Deus est, non sit propositio per se nota, quare male etiam quidam Thomistæ & quidam Scotistæ dictos Doctores tanquam discordes pro præsenti quæsito allegant, Tract. Theol. de Dei natura, Diff. 2. partitione anicâ.

XLVI.

Laudandi autem Aegidius, Thomas de Argentinâ, Albertus, Lyra, Tostatus, & alij, qui ingenuè fatentur atque defendunt hoc γνωστὸν, nempe *DEVM esse* non solum esse per se notum, sed & nobis: premunt illi Patrum vestigia Terrulliani, Cypriani, Arnobij, Hieronymi, Augustini, Anselmi, Damasceni, cuius postremi utramque & insitam & acquisitam conjungentis verba lib. i. de fide orthodoxa cap. i. ita se habent: *Nemo est mortalium, cui non hoc ab eo naturaliter insitum sit;* ut *DEVM esse perspicuum habeat, quin ipsa quoque res condita, eayumque conservatio & gubernatio divina naturæ Majestatem predicant.* Nec moratur, quæ lesuitæ, qui in ipsa nive atramentum vident, ad hæc testimonia reponant, in primis Vasquez ad Damascenum, novitus enim licere iis in disputationibus quoconque modo Patres explicare, & quandoque aliam mentem illis affingere, probantibus hanc perfidiam Pio V. & Gregorio XIII. Pontificibus.

XLVII.

Tandem prostrata quoque & quoad potissimum exceptionum partem enervata sententia modernorum Philosophorum se in umbram recessit, nec enim tam ovum ovo, aut lac lacti tam simile est, quam quæ hodiè quidam disputant, & quæ Crellius de notitiis insitis prodidit, cui jam pridem solidè responderunt famigerati in certamine cum Photianis Theologi.

XLVIII.

Restant notitiarum insistarum origo atque natura, quæ sequens sibi vendicat Disputatio; finio itaque & cum voto Augustini concludo: *Dominus dñs noster Te, nescie Me, ut utriusque notitia imbutus nec timide, nec timidè tendam Nominis Tu gloriæ, Anima mea salutem,*
Proximè commodum.

EXERCITATIO II.

DE NOTITIA DEI INSITA.

Th. I.

Quod Gargettius senex, ut Epicurum vocat *Iuvenalis*, olim dixit, nimirum Mentibus humanis natura-
liter insitam esse quandam de Deo $\omega\varrho\lambda\eta\lambda\alpha\gamma$, h. e. ut Ci-
cero transtulit, *Antispationem*, id defecatius, & firmius su-
periori Exercitatione demonstravimus: Verum cum $\omega\varrho\lambda\eta\lambda\alpha\gamma$ controver-
sum sit, quæ sit Origo & Natura illius $\omega\varrho\lambda\eta\lambda\alpha\gamma$, sententia inter se
de hoc arguento collatis primùm, Mensem dei nostram aporiemus.

II.

Plato in *Phedro*, *Menone*, & 10. de *Republīcā* afferit, animata
omnia nosse & indigere solum aliquo extrinsecus excitante ad remini-
scendum: Præsupponit scilicet Deum creasse in Exordio mundi omnes
animas rationales, siquæ & aliarum rerum notitiæ instruxisse, quæ à
corporis tenebrisoso carcere, in quem demittuntur, obscurantur, &
proinde indigeant principio aliquo extrinsecu excitante, nullo de novo
acquisito specierum thesauro, & habitu.

III.

Eadem ferè inflavit tibias *Origenes*, à studiorum assiduitate di-
quis Adamantius, statuit quippe *animas hominum non tam à Deo creari*,
cum in corpora nostra infunduntur, sed jam ante in celo vixisse, ubi etiam
peccaverint, & pro peccati admisi genero in terram banc, & in corpora
nostra tanquam in carcerem à Deo supplicij causa mitti. Vnde corpus
noscum deinceps tanquam vinculum appetetur, & anima $\psi\chi\eta$ tanquam
refrigeratus quidam caelestis halitus propter corporis busus nostri, quod
est frigidum, contagionem & conæcum. Videatur *Augustin.* l. 11. de
Civitate Dei cum notis *Ludovici Vivis*, c. 23. pag. mibi 667. 668. 669.

IV.

Probabile quidam censem hauisse prædictos Theologos & Phi-
losophos hanc opinionem à Judzis, qui *animas omnia & singulorum*
hominum in hexæmero creatas, & esse *Spiritus separatos*, qui ex decre-
to Creatoris sui sua ingrediantur corpora, ut loquitur *Abarbanel*, statuente
& dictis Scripturæ suffulciunt, ut quidem nuper id tentavit *Menasseh Ben*
Istass

Exercitatio II.

38

Ifsæil adjungens loco , Deut. 29. v. 14. Isa. 57. v. 16. Jerem. 1. v. 5. Eccles. 4. v. 2. Job. 38. v. 21. etiam rationem ex Gen. 2. petitam , Battavis persuasurus, non creari de novo animas, quod mordicūs defendunt, sed jam cum luce primævâ creatas infundi, in quo utriq[ue] conveniunt.

V.

Hinc, quæ Platonicorum circa præsens problema sit sententia, facile conjicere licet, nempe notitiam de Deo esse à Deo, natales & incunabula sua ducere à primordio universi, & consistere in clarâ menti infixa specie, cuius exercitium ob interveniens umbraculum aliquantum retardetur.

VI.

Aristoteles lib. 3. de Anima c. 4. intellectum cum nuda comparat tabulâ cui nihil inscriptum sit, omnia autem inscribi possint. Ovum hoc unde Basiliscus : Cùm enim plus intenderent Aristoteli superioris sculi Theologi, quām Scripturæ, in ipsâ facultate κελεύχῳ consistere Dei notitiam opinati sunt, quos hodiè certatim sequuntur Photiniani, & quidam niunum Peripateticis addicti Philosophi.

VII.

Qui ex modernis tūm Philosophis, tūm Theologis concedunt realem Notitiarum Insistarum ab Intellectu humano distinctionem, & per modum accidentis superadditi inesse agnoscunt, licet in hoc amicè & orthodoxè conspirent, tamen ob difficultatem materiæ in explicandâ Essentiâ notitiarum illarum discrepare videntur. Quidam enim Magni Scaligeri prementes vestigia non verentur afferere, notitiam de Deo nobis inesse per modum speciei impressæ. Ita enim Daduchus ille: Sunt cum animâ nostrâ quedam connata notitia, qua idcirco vñs dicuntur à Philosopho. Nemo enim tam infans est, quem cognitio lateat pluris & paucioris. Infanti duo poma apponito: Vno recepto alterum item poscer, legatur imprimis in hanc sententiam, Exercitatio 307. §. 21. p. 962 & 963. Quidam autem rationem formalem istius de Deo notitiae insitæ ponunt in H.A.B.I.T.V, ducti partim descriptione notitiae hujus Scripturarî, partim definitionis, quam habitui in abstracto tribuunt Philosophi, convenientiâ.

VIII.

Nos, ut & de Origine, & Essentiâ Notitiae Insitæ constet, sic procedimus. Constat primum hominem stirpem universi generis conditum esse ad Imaginem & similitudinem Dei, Gen. 1. v. 27. Quam Imaginem

ginem procul dubio transfudisset in posteros, si beato illo non voluntariè excidisset statu, ut enim peccaminosus peccaminosum generat. Gen. 5. v. 3. Ita tunc, posita perseverantia Primi hominis in concreata perfectione, integer integrum produxisset.

IX.

Decoxit autem hoc concreatum bonum, cum adhuc caleret à manu Magni Artificis Adam voluntariè desciscens, ita tamen, ut aliquid manserit umbræ potius rationem habens, quam lucis de tamen speciosâ structurâ, & quædam *λεπία* relicta fuerint deingenti thesauro, ne planè ad bestiarum conditionem depresso Deum ignoraret, aut in ventris curam unicè propenderet, unde in institutione Magistratus vindicè gladio divinitus armati, adeòq; post lapsum, ob illud qualemque lumen veri & semen boni homo dicitur conditus ad Imaginem Dei, Gen. 9. v. 6.

X.

Nec enim subscribere possumus *Julio* cuidam Theologo, qui in Epistole Theol. pag. 94. ad statum purorum naturalium refert notitiam de Existentiâ, dignitate, infinitâ bonitate, sapientiâ & præstantiâ Dei, Dudum enim explosus est ille status tanquam pigmentum Scholasticonum à nostris Theologis, nec male *Valerianus Magnus* in judicio de *Catholicorum Regula credendi* hominem relictum in puris naturalibus monstrum vocat in naturâ, quanquam primum hominem ita pingere non sint veriti *Benedictus Petersius*, & *Gregorius de Valentia*.

XI.

Colorem obducit huic scđitati quidem Collega Theologus, distinguendo inter Existentiā realem in illo statu purorum naturalium, & abstractionem mentalem realiter complicatorum, nunquam quidem primum hominem extitisse ad tempus aliquod in illo statu concedit, non tamen temerè & sine fundamento illum fingi, cum hujus objecti natura sit, ut juxta Aquarium, pabulum præbeat diversis conceptibus; Verum quicquid fingat, aut quo cunque modo etiam incrusteret Antecessoris verba, mens tamen misius orthodoxa transparet. Nam 1. Dicit quidem sine fundamento hunc statum non fingi, at nullam hujus assertioñis evictionem præstat, nullum fundamentum assignat, diversitas autem qualiscunque respectus mentalis diversitatem statuum non confessum subinfert. Nec 2. Ipsi Pontificii tam crassi sunt, aut eò usque progrediuntur verecundiores, ut statuant extitisse per aliquod tempus

Primum hominem in statu purorum naturalium , verum momentis naturæ per abstractionem conceptibilibus solum statum purorum naturalium & statum integratatis supervenientis distinguunt. Bellarmius quippe has theses, sibi defendendas proponit, Lib. de Gratiâ primi hominis, cap. 2. 1. Hominem non fuisse creatum, qualis nunc nascitur, primum ad malum, infirmum, ignorantem, sed rectum, justum, sapientem, sine concupiscentiâ & difficultate , quam ipsis in nobis assiduè experimur. 2. Primum hominem non quamlibet animi rectitudinem , sed etiam gratiam gratum facientem in creatione accepisse. 3. Primum hominem iustitia originali & habitu gratiæ gratum facientis ornatum , non eguisse auxilio illo speciali , quo excitaretur ad benè operandum vel ad vitanda peccata , capite tertio verò laudati libri prolixè secundam propositionem contra Lombardum , Scotum , & alios defendit. Cum igitur istam Pontificiorum sententiam rejecerint nostri Theologi , etiam Interpolatoris utpote eandem rejecisse optimè concluditur. 3. Semetipsum prodit , contradistinctus quippe in antecedentibus Imaginem Dei in Primo homine naturæ & naturalibus consecutivis præcisè acceptis , & negat Antecessorem Julianum Imaginem divinam negasse naturalem esse , si naturale coincidat eum concreato , sed respexit solum naturam & naturalia consecutiva præcise , & per remotionem dependentiaz ad illa docuisse esse supernaturalem. Cum itaque Notitiam , de Existentiâ Dei , unitate & similibus attributis inter octo pura naturalia connumerat , & Imagini divinæ contradistinctus , quis non vider illum admittere , non concretam esse Notitiam de Existentiâ Dei & similibus , sed fluentem ex naturâ hominis ut sic , adeoque dicere reverâ idem quod Antecessor illius , nempe partem purorum naturalium esse Notitiam de Dei Existentiâ , attributis & cultu.

XII.

Est itaque Notitia Dei Insita , ut & alia quædam principia Theoretica & Practica aliquid de Imagine divinâ residuum , non obstante , quod Imago Dei totaliter per lapsum statuitur esse destructa à nostris Theologis , imprimis Alberto Gramero , quest. illust. disp. 10. Coroll. 2. Quod eum reliquiis superstibibus videtur pugnare adversis cornibus : Imago n. Dei accipitur dupliciter , vel strictè & in primariâ significatione , prout dicit complexum virium mercè spiritualium , Sanctitatis & Justitiaz integratæ , ad quam per renovationem tendimus , complementum illius as-

secuturi in vitâ eternâ , ut Paulus explicat , Eph. 4. v. 24. Aut latè & in
secundariâ significatione , prout notat notitiam qualemcumque verita-
tis , & propensionem in qualemcumque honestatem concreatam . Priori
sub consideratione utique dicimus non solum cum Grawero & nostri se-
culi Orthodoxis Theologis , sed & cum priscis Ecclesiaz Patribus Irenæo ,
Athanasio , Basilio , Ambrosio , Augustino , & aliis , Imaginem divi-
nam esse totaliter deletam , amisisse Adamum stolam sanctitatis con-
creataz , ne minimum quidem spiritualium supereſſe virium : At sub po-
steriori , utique admittendum , supereſſe quoddam adhuc lumen veri ,
semenque boni , ut enim citra præjudicium totalis destructionis con-
creataz Integritatis dominium aliquod in bestias , licet imminutum , est
relicuum , quod non ad pura naturalia cum Juliano Theologo est re-
ferendum , sed ad minus principalem Imaginis divinaz rationem : Ita ci-
tra orthodoxias periculum quædam Notitia Dei , amorque honesti se-
cundariâ Imaginis divinæ notione insignitus , contra diversa sentien-
tes piè defenditur .

XIII.

Noli Pelagianismum imputare istis , qui ab illo sunt remotissimi : Nulla supereſſt vel ad verum vel ad bonum spirituale in homine lapsi potentia ; Est tamen aliquid reliquum , quod accedit animum ad Deum colendum , quod stimulat appetitum ad virtutem sectandam . Nullum lumen supereſſt miserissimo homini ad supernaturale objectum , sed succedit nycticoracis oculus ad Solem intuendum , nec semen ad cœlestia culminans , sed lappæ tribulique vitiorum ; Supersunt tamen qualescumque stricturæ veritatis & in honestatem civilem propendentes igniculi .

XIV.

Amplius quondam hâc scabie laboravit , dum inter alia minus sane quoq; aſteruit , hominē post lapsum habere in naturâ corruptâ igniculos supernaturalis gratiaz , quibus ſeſe poffit convertere : cui Antagonista Orthodoxus oposuit . I. Judicium Augustinæ Confessionis , art. 18. quæ hâc habet . *De Libero arbitrio docent (noſtræ Eccleſiaz) quod hu-*
mana voluntas habeat aliquam Libertatem ad efficiendam civilem iuſti-
tiam & diligendas res rationi ſubiectas . Sed non habet vim ſine Spiritu
Sancto efficienda iuſtitia Dei , ſed iuſtitia spiritualis , quia animalis homo
non percipit ea , que ſunt Spiriſus D E I , ſed haſſe in cordib⁹ , cum P E R

VER-

V E R B U M Spiritus S. concipitur. Hæc totidem Verbis dicit Augustin. 3. Hypognosticon. &c. Et infra. *Dominant Pelagianos & alios, qui do-*
cent, quod sine Spiritu Sancto, S O L I S N A T V R Æ viribus possimus Deum
super omnia diligere. Item præcepta D E I facere , quoad substantiam
actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura
possit. Potest enim continere manus à furto, à cœdo: Tamen I N T E R I O-
R E S motus N O N potest efficere, ut T I M O R E M D E I , fiduciam er-
ga Deum, castitatem, patientiam. **II.** Agenda Megapolitana & ex illis
dictum Pauli prima ad Corinthios , 2. Animalis homo post lapsum (cui
Spiritualis opponitur) non percipit ea, qua sunt Spiritus, ut & illud Au-
gustini: esse fatemur liberum Arbitrium omnibus hominibus, babens quidem
*judicium rationis, N O N per quod sit idoneus in iis, quæ ad D E U M perci-
nent, sine D E O aut inchoare aut certè peragere, sed T A N T V M in operibus
vita presentis tam bonis quam malis. Ex quibus concludit: Qui non ha-
*bet judicium rationis, per quod sit idoneus in iis, quæ ad D E U M perci-
nent, sine D E O (per Verbum, ut supra dicunt confessores) aut in-
*choare aut peragere, is nec igniculus supernaturalis D E I gratia ha-
bet. Qui namque possidet illas & non exercet, *Intimator* facit inexcus-
sabiles. 2. Platonis & Philosophis propter illos mitiorem conditionem
atribuit in altero seculo. 3. Quia nec naturaliter, nec citra verbum su-
pernaturaliter habetur cognitione supernaturalis. Atqui homo non re-
*natus non habet &c. Ergo. Rursus. Qui non habet vires efficiendæ
justitiae Dei, quæ Spiritualis est: Is nec per notitias igniculorum in
*natura reliquas in veri Dei cognitionem pervenire potest, canve possi-
*dere, etiamsi externis idololatriæ aliisque sceleribus crassis non macu-
letur. Verum homo non renatus prius non habet. Ergò. **III.** *Ratio-*
nes aliquot, quarum prima ita se habet: Si justitia spiritualis, &
res, quæ ad Deum pertinent, tantum fiunt, cum per Verbum Spiritus
Sanctus concipitur: sine verbo Spiritus non possunt fieri. Sed prius est,
restat Artic. Aug. C. 5. & 18. Ergò: Secunda hæc est: Quicquid est
*Pelagianum, id omne rejiciendum est. Atqui *Intimatoris* igniculi su-*
pernaturalis gratiæ divinæ sunt Pelagiani. Ergò. Minorem probat
ex Program. II. April. affixo, cuius p. 2. b. §. de Judæis sic scribit:
Igniculis naturalis cognitionis (sive supernaturalis gratiæ) debuerunt
& potuerunt uti ad conversionem. §. Notanda. Quod homo potest
*concurrere cum misericordia Dei & efficacia Spiritus Sancti, non*******

merè est naturale. §. *De Iudeis.* Et Deus (post lapsum) ut primum movens, movet creaturas prout eas creavit. Ipsi autem noluerunt. Quantò rectius Luth. in Lib. de Serv. Arb. *Quando*, inquit, ergo Deus omnia in omnibus movet & agit, necessario movet etiam in Satana & in ipso. Agit autem in illis taliter, quales illos (non quales crevit, sed) invenit, hoc est, cum illi sint aversi & mali, & rapiantur motu illo divine omnipotentia, non nisi aversi & malafaciunt. Quod similitudine sefforis & equi male incidentis; & Lit. N. 7. statuarii non exligo bono, sed putri statuas fabricantis, explicat. Lit. O. Witteb. anno 1525. *Corruptio verò*, ait, *sua aversio sui à Deo facit*, ut bene moveri & rapi non posse. Tertia ita concludit: Qui non potest motus interiores efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam, nedum eos intelligit, is nec habet igniculos supernaturalis gratiaz, quibus efficiat. Sed homo animalis id non potest. Ergò. Adeoque qui dicit ejusmodi habere hominem igniculos, disertè, quæ sunt spiritus & fidei, tribuit naturæ vel certè raptui Enthusiastico, vel crassè pelagianizat. Nam sunt fructus Spiritus, Gal. 5. v. 22. & fidei, Rom. 14. v. ult. sine quâ quicquid est, peccatum est. Finit in testimonio Lutheri, qui in Explic. art. tertii Symboli scribit: *Credo, me propriis viribus, Iesu Christo Domino meo fidere, aus ad eum accedere & pervenire nullo modo posse: Sed Spiritus Sanctus per Evangelium me vocavit &c.* In Catech. Majori pag. 503. Form. Concord. inserto: *Neque enim (gentiles) habent Christum Dominum, neque (NB) ullis Spiritibus Sancti donis & dotibus illustrati & donati sunt.*

XV.

Egregiè in hanc sententiam *Beatus Zemannus*, postquam enī cap. 12. Articulo 1. hanc assertionem posuisset: *Imago Dei de primaria conformitate accepta per Protoplastorum lapsum in ipsis totā-que posteritate non solum obscurata, sed penitus deleta est: Art. 2. Ad Patrum dicta respondens*, inquit: *Interdum Doctores illi prisca Ecclesie voce Imaginis principia nobiscum nata intelligunt, b. c. Notitiae practicæ honestorum & turpium Alexej luxæ, quas in Mente hominis abduc reliquias esse Paulus Rom. 2. v. 15. restatur. Ea vero tenues sunt destructa Imaginis reliquia, & velut artificij magni spectaculo, rudera, quia verò Solis reliquiss natura rei definiri possunt, & illa ipsa, qua refusa*

*duo manserunt lineamenta validè viciata sunt & mutila , ideo pro-
priè loquendo Imago Dei (nempe quoad formale suum) penitus amic-
satur.*

XVI.

Patet hinc , quæ *Origo sit Notitia de Deo Infite* , *quæ illius à Paulo
laudati Rom. i. y. 19.* Nimirum patefactionem divinam , internam im-
pressionem Imaginis concretae , conservationem ruderum qualiumcun-
que providam , benevolam ; etiam in homine lapsō ; Sicut ergo Adam
totius humani generis stirps dorivasset totam imaginem propagando in
posteros : ita homo hominem generando post lapsum , eo ipso quo ani-
mam sub *τάξει* divinae benedictionis cum materiâ corporis humani pro-
ducit , unâ characterem illum ex lege Providentia divinæ consert &
congenerat.

XVII.

Manuducit præmissa hæc consideratio ad ipsam *Essentiam & quid-
ditatem hujus Notitia de DEO Infite*. Quæ enim ratio Imaginis
divinæ , ea quoque est reliquiarum illius , cùm enim reliquæ illæ
sint homogeneæ ipsi Imagini , legitimè paritas essentia & quiddita-
tis inde infertur. Atqui ea est ratio Imaginis divinæ , ut Typum
Divinitatis determinativum potentia intellegibilis & qualitatem fa-
cilitantem principium intelligendi dicat : eadem igitur quoque ra-
tio erit reliquiarum , inter quas computatur Notitia de DEO
infita.

XVIII.

Nihil ad rem dicit , Majorum qui negat , nam ut ut illa non protec-
dat in specialibus quibusdam Imagini divinæ καὶ ἔχον accepte com-
petentibus , firmissima tamen est quoad rationem generalem , neque
ullâ instantiâ labefactari potest , hinc etiam cuivis attendenti obvium ,
quæm frigidè responderit ad confitile argumentum pro inexistencie
Notitia de Deo productum Philosophus ille , qui contrariam nuper
suscepit defendere sententiam.

XIX.

Multò minus Minorem evertit , qui in varia Imaginis divinæ ac-
ceptione Theologorum Autoritatibus abutitur , distinguendo inter
Imaginem in quantum notat generalem quandam congruentiam & ana-
logiam , quæ anima hominis quædam divina exprimit , & inter imaginem

in quantum notat interiorem illam perfectionem Mentis & Voluntas, omniumque virium humanarum conjunctam cum verâ Sanctitate, Justitiâ & congruentiâ cum lege Dei ; Concedendo hanc constitisse in Typo Divinitatis impresso , qualitate potentiam facilitante ; At penitus destructam & amissam esse , ut de reliquis illius disputare sit de mortui vitâ , vellaciniis pallii Babylonici , quod Achan subduxit , suaviter nugari : Negando autem illam hæc inclusisse , quæ utique post lapsum superstes , eo ipso quo homo animâ rationali est præditus : Nimis enigmata est illa significatio , nec in hâc materiâ attenditur , cùm non tam Imaginem quam Subjectum , non tam radios divinitatis , quam mappam illos excipientem denotet.

XX.

Succedat alterum pro Essentia Notitiae hujus elucidandæ argumentum ex Rom. I. v. 18. & 19. Vocat ibidem gentium Apostolus illam de Deo Notitiam ἀληθίαν , dicit esse γνῶσην quoddam , describit ut Φανερόν ī in omnibus omnium hominum mentibus ; exsurgit hinc argumentum tale : Quicquid est ἀληθία sive veritas quædam , γνῶση sive cognoscibile quoddam , Φανερόν π. sive manifestum quoddam , in mente omnium hominum , illud formaliter dicit Typum quendam habitualem , fixum , intimeque hærentem . Atqui Notitia de Deo est ἀληθία , γνῶση καὶ Φανερόν π. Stat itaque illam formaliter esse Typum quendam habitualem , & intimè fixum.

XXI.

Majoris connexio est evidens , impossibile quippe est , esse quoddam Φανερὸν in mente , quoddam γνῶσην , quandam ἀληθίαν , sine aliquo de objecti illius Φανερῷ , γνῶσῃ , καὶ ἀληθύᾳ Typo , & captivari illam ἀληθίαν , violenter detineri illud γνῶσην : per tenebras habituales obscurari illud Φανερὸν , nec tamen posse extingui penitus , eradicari funditus , & tamen non esse habituale quid . Minor autem ex ipso textu si ne probatione alia radiat , à rationali itaque , ut Mendoza loquitur , deficeret , qui negaret conclusionem .

XXII.

Succenturiamus his tertium argumentum , petitum ex Rom. cap. 1. v. 14. & 15. ubi emphaticè τὸ ἔργον τὸ νόμου dicitur χειροποίον εὐ τοῖς καρδιαῖς εἴθων . Nascitur hinc hæc apodixis . Quicquid est inscriptum cor-
dibus

dibus hominum, illud ipsum Typi cuiusdam habitualis rationem habet. Atqui Lex Naturæ, quæ Notitiam DEI intimè includit, est inscripta cor-
dibus hominum, Lex itaque Naturæ, & consequenter Notitia de Deo.
Insita Typi cuiusdam habitualis rationem habet.

XXIII.

Major propositio est verissima, videamus solùm robora, quæ illam suffuleint, primum ducimus *ex formalis inscriptionis ratione*, impossibile enim est, dari inscriptionem sive Typo inscripto, hinc præscindendo & ab omnibus speciebus vel rationibus particularibus abstrahendo inscriptio formaliter dicit Typi effigiationem impressi, ut connotative tabulam vel illi aliquid Analogum. Secundum petimus *ex institutâ à Paulo comparatione*, confert ille Judæos cum gentibus, illos habuisse legem in tabulis lapideis ab ipso Deo descriptam, hos quidem caruisse illarum beneficiorum, non tamen destitutos fuisse omnilege, sed inscriptam habuisse in tabulis cordium, ut ergò inscriptio Dei digito facta Israëlitis reali signaturam notat in tabulis lapideis, ita consimilem intimat in cordibus gentilium. Tertium defumimus *ab uniformi bujus phraseos scripturarum explicatione & usurpatione*, nullus enim in universo Codice Sacro locus ostendi potest, ubi inscriptio non notet Typi communicacionem subiecto recipienti, econtra vero eundo per omnia loca parallelia in proclivi est docere, seipso & ubique illam notare aliquam signaturam, aut vestigii cuiusdam relictionem. Sic Num. 17. v. 2 jubetur Moses nomen cuiusque tribûs virginis cuiusque tribûs inscribere, quod factum per literarum & nominum in illis effigiationem notante Esthio. Sic Deut. 6. v. 9 & 11. v. 20. mandatur Israëlitis ut inscribant verbalegis portis & postibus domuum suarum, h. e. memorie impriment, studiosè recolant, Typos legis altè defixos habeant. Sic Deut. 27. v. 2, 3. præcipitur illis, ut erigant ingentes lapides calce levigatos, quibus inscribant Deuteronomium, duodecim juxta Masium & Serarium, quæ inscriptio fuit realis characterum Hebraicorum introductio. Sic Ezechiel jussus inscribere aliquid ligno, nomina Judæ, Benjamin & Levi unibaculo, vel tabellæ, ut habet Chaldæus; alteri Joseph sive Ephraim & tribuum subiectarum nomina incidendo immisit c. 37. v. 16. & 20. Inscriptio super Jesum in cruce pendenter, notat literarum trium linguarum figuram, Luc. 22. v. 38. Marc. 15. v. 26. Numismatis ostensi Christo inscriptio, si Julii fuit, in facie obversâ hac habuit literarum stigmata: Cæsar Imperator

tor αὐτοκρεστω. Si Augusti, Cæsar Augustus, vel quid simile. Si Tiberii, Tiberius Cæsar Divi Augusti F. Pontifex Maximus, Imperator, aut Tiberius Cæsar Divi Augusti F. Augustus: Adversà pro varietate numerorum variante, ut observat Selenus. Athenis altare fuisse Paulus testatur, cui inscriptum: Ignoto Deo, A.D. 17. v. 23. Ubi licet Interpretes circa inscriptionem varient, videatur Heinsius, Vossius & alii; In hoc tamen omnes conspirant, literas & nomina quædam fuisse ibi realiter extantia atque ex inscriptione relicta. Cum cordibus hominum dicitur Deus inscribere legem suam, Ierem. 31. v. 33. Hebr. 8. v. 10. c. 10. v. 16. Notatur insitio Typorum mentes illustrantium, & de voluntate divinâ gratiosâ certificantium: Corinthii, 2. Ad Corin. b. 3. v. 3. vocantur Epistola inscripta in corde Pauli, & Epistola Christi scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, h.e. ut Estius dilucidat, Pauli per memoriati in quâ fixa illorum imago, quam pro commendatione sui exhibebat, quibus volebat, quæ legi poterat ab omnibus, ut literæ patentes omniumque oculis expositæ ratione famæ latissimè de fide Corinthiorum diffusa, Christi per informationem Mensis salutarem spiritu principaliiter, Paulo instrumentaliter agente ἀχρις της μορφωθη χειρος. Accedit, quod omnia hic occurrant ad characteris efformationem necessaria, Deus inscribens, Legis Typus inscriptus, tabula cordis illum imbibens, ut nihil in emphaticâ phrasi desiderari possit.

XXIV.

Ceterum, quia textus ex 2. Cor. 3. allegatus controversus est, & favere videtur diversum sentientibus prout supra productus fuit, commodum est addere ipsa Verba. Ita autem Apostolus: Ή οὐτισμὸν γῆμεν ὑμῖς εἰς ἐγέραμμένην τοις καρδίαις γῆμεν γνωσκόμενην, καὶ ἀναγνωσκόμενην τοις πάσιν αὐθέρπων. Φανερόμοις ὅτι εἰς οὐτισμὸν Χριστὸν Διαχρυσθεῖσαν ιψόν γῆμεν, ἐγέραμμένην της μελανού, ἀλλὰ Πνεύματος θεοῦ ζῶντας, τοὺς ἣν τηλαχέι λαθεῖσι, διὰ τοὺς τηλαχέις καρδίας συρρίγας. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, cognita & lecta ab omnibus hominibus: Manifestati quoniam estis epistola Christi, ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Subjungimus Paraphrases, tum Lutheranorum, tum Calvinianorum, tum Pontificiorum; ex Lutheranis Beatus Osiander ita intellexit Locum hunc: Epistola nostra] quam in commendationem diligentia nostræ inspiciendam propone-

ponere possumus, vos estis, qui pietate vestra testatum faciatis, quām fideliter apud vos Evangelion Christi docuerimus. Estis autem Epistola præclara, scripta in cordibus nostris: Vos in corde nostro sedetis: Vos enim vehementer diligimus, nequo unquam pii vestri zeli obliisci possumus. (sic omnes Ecclesiaz Ministri erga suos auditores affecti esse debebant) quā scitur: rectius: intelligitur: & legitur ab omnibus hominibus: estis enim manifestati ita ut de vobis passim innotuerit, quoniam (pro quod) Epistola estis Christi, Sancta, & Christo dilecta ministrata à nobis, & Græc. per Ministerium (nostrum) parata, Scripta à nobis non atramento, sed Spiritu Dei vivi: vos estis instar præclaræ & Sanctæ Epistolæ, quæ testatur, quanto profectu, & quanta fide Ministerio Evangelii apud vos functi fuerimus. Exarata est autem hæc Epistola nostro Ministerio: sed vos non estis talis Epistola, qualis atramento scribi solet: sed Spiritus Sancti cooperatione per Ministerium nostrum tales facti estis, quales vos esse oīnnes vident. (observandum est, quām scitè Paulus Ministerium verbi, & operationem Spiritus Sancti conjungat. Hæc duo igitur non sunt separanda: ut faciunt Enthusiasz) scripsit autem Spiritus Sanctus Evangelion (quod vobis prædicavimus) non in tabulis lapideis: (ut oīl Dominus legem Mosaicam) sed in tabulis cordis vestri carnalibus: ut non induratis & lapideis, sed carneis & mollibus cordibus Evangelion acciperetis. Dabo eis (inquit Dominus) cor unum, & Spiritum novum tribuam in visceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea custodian, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Ezechiel. 11. cap. Ex Calvinianis Musculus Dusanus hæc reliquit. Epistola nostra vos estis, inquit.] Reddit rationem, quare non egeat Epistolis commendatitiis, quia vos, inquit, abunde mihi estis loco Epistolæ, quā commander. Quomodo erant autem Corinthii epistola Pauli? Neque quatenus erant homines, neque quatenus erant divites, pauperes, sapientes &c. sed quatenus erant Christiani, per verbum Evangelii in Christo regenerati, hactenus erant illius epistola commendatitia. Per ipsius enim Apostolatum tales erant facti. Sic igitur uniuscujusque Episcopi opus in Ecclesia Christi ipsius est epistola, quā vel commendetur vel culpabilis declaretur. Ipsa vita conversatio, ipsa Ecclesiaz vel ædificatio, vel destructio certius de quolibet episcopo pronunciant,

quàm ullæ literæ. Expressior scriptura est factorum quàm verbotum ad literarum. INSCRIPTA, inquit, in cordibus nostris &c.] Metaphoram Epistolæ prosequitur & explicat. Declarandum enim erat qualibus esset chartis vel tabulis, quali atramento, & à quo inscripta, deinde à quo subministrata, & à quibus & quomodo legeretur & intellegeretur. Hæc explicaturus dicit: Inscripta in cordibus nostris. Quod in Græco est, *ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν*, id est, in cordibus nostris, manifestum habet errorem, in una literahypsilone admissum, dum pro illa posita est Ita. Legendum enim est, *ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*. Scio Chrysostomum quoque cum aliis legere & exponere, in cordibus nostris, & alios referre ad eos, qui cum Paulo erant, alios vero tamen ad Corinthios, quàm ad Paulum. Verum res ipsa clarior est, quàm ut sit dubitandum, de quorum cordibus loquatur Apostolus, præsertim si sequentia considerentur. INSCRIPTA, inquit, in cordibus vestris] per epistolam intelligit Christianam fidem, mentem ac pietatem. Hæc erat inscripta in ipsorum cordibus, veluti tabulis, & commendabat opus Pauli tanquam Apostoli ipsorum, per quem Christiani facti fuerant. Quod in Græco est *ἐν ταῖς καρδίαις ἡμέντοντο*, id est, inscripta, nonnullis idem est, quod, quæ circumfertur, quasi sit *τοῖς Φερομένην*. Video multis nocere, quod non satis inhærent Apostoli verbis. Quis non videt aliud esse, inscribiliertas, & aliud circumferri. QUÆ intelligitur, inquit, & legitur ab omnibus hominibus] manet in forma Metaphoræ. Epistolæ, nisi legatur & intelligatur, nullus est usus. Quare & hoc explicat. Prius autem est legi, deinde intelligi, quæ leguntur. Ordinem hunc non curat apostolica gravitas, cum notus sit omnibus. Quanquam sunt, qui legendum putant, quæ cognoscitur & agnoscitur. Illi tamen ipsi receptam lectionem retinent. Quoniam genus Epistolæ, de quo scribit, spirituale erat, ne quis, nec legi, nec intelligi posse, dicat, afferit utrumque dicens, quæ & intelligitur & legitur. Rursus ne dicat quis, legitur quidem & intelligitur, sed à quibus? Subiungit, ab omnibus hominibus. Non est igitur epistola hæc illegibilis nec sic est perplexa, ut non possit à quolibet intelligi, cum talis sit, ut & legatur & intelligatur, hoc est, legi & intelligi possit ab omnibus hominibus. Significat igitur loqui se non de imaginariâ aliquâ epistolâ, quam nemo legere & intelligere possit, sed de tali, quam legant & intelligent omnes homines, carique ob causam non habeat opus aliâ, qua-

com-

commendetur cuiquam. Dum declaratis, quod estis epistola Christi, inquit, subministrata à nobis] exponit quomodo, ut epistola ipsius, legantur & intelligantur ab omnibus hominibus. Non dicit, dum estis epistola Christi, sed dum declaratis, quod estis epistola Christi. Hoc est, dum vos & fidei professione & vita conversatione Christianos esse in omnium oculis declaratis. Hic non modo interna fides cordis, sed & universa vita conversatio & manifesta religionis professio, Christiana prædicatur ab apostolo & epistola Christi vocatur, quæ legatur & intelligatur ab omnibus non fidelibus tantum, sed & quibusvis aliis hominibus. Sic est comparata Christi epistola. Scripta est literis non imaginariis & invisibilibus, sed admodum expressis & spectabilibus, sic ut legi & intelligi possit ab omnibus. At hodie invenias Christianos, qui satis esse censeant, si Christiani sunt in corde, sic ut Scriptura ipsorum abscondita sit à lectione & intelligentia ceterorum hominum, solique Deo cognita. Verum Paulus aliter de epistola Christi scribit. Non dicit, quæ legitur & intelligitur à Deo, sed, ab omnibus hominibus, neque dicit, dum fidem habetis in Christum, sed, dum declaratis, quod estis epistola Christi. Declaranda est hæc epistola Christi, non abscondenda, lux enim est, non tenebra. SUBMINISTRATA à nobis, inquit] verba hæc incommodè dividunt ad hunc modum: quod estis epistola Christi, subministrata, à nobis inscripta. Verum epistolam hanc Christi non simpliciter subministratam, sed à se subministratam dicit. Quare sic est legendum: dum declaratis, quod estis epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viventis. Et Augustinus legit, per nos subministrata, in Libro de Spiritu & litera. Dixit eos esse suam epistolam, & mox subjungit, dum declaratis, quod estis epistola Christi. Si Christi erant epistola, quomodo suam esse dixit haec tenus videlicet, quod ipse illam tanquam Christi Apost. per Evangelii prædicationem subministraverat. Erat hæc Epistola Christi, tanquam ipsius Domini, erat Pauli tanquam ministri & Apostoli, qui eam subministraverat. Constat ergo hæc Epistola voluntate & autoritate Christi, & subministracione Apostoli & propter illam Christi, propter hanc Apostoli est epistola. Hic cavet Apostolus, ne nimium sibi ipsi tribuere videatur, ubi dicit: Epistola nostra vos estis, quare explicationem hanc subjicit, quæ Dominus proprietas jus assignat Ecclesiam, sibi vero subministrationem. Hodie

dominium sibi vindicant in Ecclesiis Christi, qui ne subministracionem quidem illarum vindicare sibi possunt. IN S C R I P T A, inquit, non atramento, sed Spiritu Dei viventis] discriminat inter Epistolas Pseudapostolorum, quibus commendari se Ecclesiis curabant & hanc suam, de Apostolatu suo testificantem. Epistolæ, inquit, magistrorum vestrorum, quibus se admodum commendari putant, scribuntur atramento, literis mortuis, & scriptura humana. Has nacti, magni sibi ipsis videntur esse Apostoli. Athæc mea Epistola, qua meus commendatur Apostolatus, scripta est non atramento, non literis mortuis, non scriptura humana, sed Spiritu Dei viventis. Estis igitur mihi non mortua, sed viva epistola, literis, constans spiritualibus adeoque vivis, non humana, sed divina, Spiritu non hominis, sed Dei viventis scripta, cuius opera non sunt mortua, sed viva. Loquitur autem de Spiritu Christi, quem Corinthii acceperant credentes, quotquot erant ex electis. Horum respectu vocat eos in communione epistolam Christi, Spiritu Dei viventis scriptam. Nolim tamen hic excludere charismata Spiritus, quibus ea Ecclesia, quemadmodum & alia, potita fuerat, de quibus in superiori epistola mentionem fecit, cap. 14. Nam & per illa, tanquam per vivas Spiritus Christi literas, declarabatur, esse Ecclesiam illam Epistolam Christi, Spiritu Dei viventis scriptam, & per Apostolatum Pauli subministratam. N O N in tabulis lapideis, inquit, sed in tabulis cordis carneis] incipit collimare ad discrimen V. ac N. Testamenti, quo Apostolatum suum contra Pseudapostolos supra Mosaicæ legis ministerium extollat. Lex Mosis, qua parte erat optima, inscripta fuerat tabulis lapideis. At Evangelium Christi inscribitur non tabulis lapideis, sed cordibus, quæ tabulae sunt carneæ. Carneas vocat, ad differentiam lapidearum. Perstringit igitur Pseudapostolos, etiam habetenus, quatenus ministerium Mosaicæ legis tanti faciebant, ut ministerio Evangelii Christi opponendum esse censerent. Quasi dicat, vestri magistri Legis æmulatores videri volunt, & hujus nomine inflantur. Sic ecceci sunt, ut non videant, vos vivam esse epistolam, Spiritu Dei viventis cordibus vestris multò efficacius inscriptam, quam olim legem Mosis tabulis lapideis insculptam, atq; ita impleri illud Prophetæ: Quoniam hoc est foedus, quod feriam cum domo Israël: post dies istos, dicit Dominus, dabo legem meam in medio ipsorum, & super cor ipsorum inscribam eam, & ero ipsis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Sic per col-

collationem lapidearum ac carnearum tabularum tam ingens docet esse discrimen inter suum Apostolatum & doctrinam Pseudapostolorum, quam divinius & præstantius est legem Dei inscribi cordibus hominum, quam tabulis lapidum. Nec est ut dicat quisquam, multa vana cordibus hominum posse inscribi, ideoque non esse tantum momenti, quod illis inscribitur nova aliqua doctrina, quales multæ in hoc mundo cordibus humanis insinuantur. Non loquitur de eo tantum, quod doctrinam suam cordibus Corinthiorum inscriperat, sed quod Scriptura hæc constabat Spiritu Dei viventis. Sane multum refert non modò quid, sed & quomodo cordibus nostris inscribatur. Si humanæ tantum persuasionis calamo etiam id, quod verum est, inscribitur, delebilis est & evanida Scriptura, id quod nostra quoque ætate quotidiana docet experientia. Si vero literatura Spiritus Dei viventis cordibus nostris impressa fuerit, id demum firmam, efficacem, & vivam reddit Scripturam, quæ legi & intelligi possit ab omnibus, deleri vero à nemine. Ex Pontificiis recentior Interpres Lovaniensis ita Verba Paulina *ωδε φεζεις*.

EPISTOLA NOSTRA. Metaphorica Epistola, quanos vobis, aut aliis commendamur. **VOS ESTIS.** In quibus tanquam in Epistola inscriptæ sunt nostræ commendationes, quæ & à vobis ipsis, & ab aliis legi possunt: nam discipulorum virtus, & doctrina magis quam uilla Epistola, magistri Excellentiam demonstrant. **SCRIPTA IN CORDIBUS NOSTRIS.** Græcè, **INSCRIPTA IN MENTIBUS NOSTRIS.** Per frequentem memoriam & ferventem amorem nostri. Rogare poterant, quomodo ipsis apud alios absentes servirent pro Epistola commendatitia? Respondet, se habere in corde suo quasi copiam transcriptæ hujus Epistolæ, quam apud alios, ubi opus est, depromat, memorando fidem, & virtutem Corinthiensium, quos docuit, & sic informavit. **QUÆ SCITUR ET LEGITUR.** Quæ Epistola scitur penes me esse, & legitur quando lubet.

AB OMNIBUS HOMINIBUS. Per frequentem vestri mentionem, quam facimus apud omnes. **MANIFESTATI.** Probat per Fidem vestram, & opera. **QUOD EPISTOLA ESTIS CHRISTI.** Quæ legem suam novam scripsit in cordibus vestris, quam fide & operibus ostenditis. **MINISTRATA A NOBIS.** Per nostrum ministerium, tanquam amanuensium à Christo cordibus vestris inscripta, aut certe, ut Chrysostomus, sicut Moyses tabulas lapideas

ministravit, & rectè præparavit, quibus Deus veterem Legem decalogi inscripsit; ita nos tabulas cordis vestri carnales præparavimus, quibus Christus legem novam inscripsit. Possunt autem Apostoli dicí amanuenses Christi; sed sicut pueri discentes scribere, quorum manus apprehendit Magister, & calamus unà cum ipsis dicit. ET SCRIPTA NON ATRAMENTO. Quod est res insensibilis, nec vivens; unde neque tabulas in quibus scribitur vivificare potest. SED SPIRITU DEI VIVI. Spiritu Sancto vivente, quia Spiritus Dei vivi est, ideoque tabulas cordis vivificant, in quibus per Fidem, spem & charitatem inscribitur. NON IN TABULIS LAPIDEIS. Duris, & insensibilibus, ut Lex Moysis, quæ ad duritiem cordium Judæorum figurandam, talibus tabulis inscripta est, ait Augustinus, q. 1. ad Simplicianum. SED IN TABULIS CORDIS CARNALIBUS, id est, mollibus, & sentientibus Spiritum, quo conscribuntur, & vivificantur. Cor carnale hic non dicitur carni additum, ut caro Spiritui opponitur, sed molle, & sentiens: Cor enim carneum, inquit Augustinus, à corde lapideo voluit vitâ sentiente discerni, & per sentientem significavit intelligentem. Concludimus autem, quamcunque Interpretationem sequare, nostram substitutram sententiam; si primâ placet, colligere licet: Corinthii fuere Epistola in Corde Pauli per Affectionem, prævia itaque inscriptione notificante illorum conditionem & statum: Corinthii fuere Epistola Christi Sancta & Christo dilecta, testans de effectu Ministerii: ergo prævia Inscriptione Spiritus, Informatione Ministerii, commissione Typi sanz doctrinæ. Corda Corinthiorum erant molles tabulae & carneæ, quæ Evangelion imbiberunt, acceperunt: prævia itaque rerum in Evangelio repræsentatarum Effigiatione. Si alteram amplectare, pro nobis stabunt sequentia: Corinthii erant Epistola Pauli, quatenus erant Christiani per Verbum Evangelii regenerati: ergo quatenus illorum Mentibus & cordibus concreditæ Species in Verbo Evangelii obviæ. Corinthii erant Epistola Christi scripta literis non imaginariis & invisiibilis, sed admodum expressis & spectabilibus. Ergo de internis & commissis testificantibus. Corinthii erant Epistola carnea, in qua multò efficacius inscripta doctrina Christi, quam olim lex Mosis tabulis lapideis insculpta: Ergo verè indita fuere signa divinorum conceptuum, prout alias opposite ad hanc inscriptionem multæ doctrinæ in hoc Mundu

do cordibus humanis insinuantur. Si *tertia* denique arrideat, habebis iterum Corinthios Epistolam in quibus inscriptæ commendationes Pauli per suppositionem doctrinæ efficacis in illis & per Effectus resplendentis, scriptam in corde Paulino per memoriam frequentem, quæ thesaurus specierum, ministratam Deo, ut Spiritus S. inscriberet, vel Christus novam legem, ut Moyses ministravit tabulas lapideas, quibus Deus veterem legem decalogi inscriptis. Expende insuper illam similitudinem Apostolorum Instrumentorum scilicet Spiritus S. in hâc scriptione, & patet, quid quantumque hæc faciant pro sententiæ nostræ confirmatione.

XXV.

Eluiscit, ni fallor, ex disputatis, quid de unâ vel alterâ sententiarum sit pronunciandum. *Iohannes Lalemandet Burgundus*, in decisionibus Philosophicis, ut latè de sententia Platonis differit, ita ab illa non videtur penitus abhorrente, clypeis tamen Peripateticorum & Platonicorum hæc præmittit. *Sententia Platonis & Platonicorum ex unâ parte est contra fidem, in eo, quod afferit, animas esse productas ante corpora, quoad alteram partem autem non est contra fidem, scilicet quod scientia nobis fit induta à natura, id enim ipsum ruerat Marsilius Ficinus Vir & Christiana Religione & doctrinâ insignis, lib. II. Platonica Theol. cap. 73 Vbi 19. Rationes ad stabiliendum profert.*

XXVI.

Esse autem, ut Doctor ille Burgundus sentit, contra fidem primaria assertionis partem, cui altera superstruitur, nos cum ipso arbitramur, quanquam enim nolimus negare, cum non implicet, Deum potuisse animam hominis creare ante corporis coexistentiam, si de absolutâ loquamur; Ex revelatione tamen constat, non ante corporis productionem creatam fuisse à Deo animam, & certè si ad aliquod solum temporis intervallum anima fuisset extra corpus, fuisset in statu imperfecto illudens post Angelos præstantissimum, quod etiam à ratione videtur alienum. Conferatur *Petrus Hurtadus de Mendoza* disput. I. de effent. anima, scđt. 7.

XXVII.

Nec fidei analogia est altera assertioonis pars, quicquid pro illâ disputet Lalemandet, nascimur enim spissâ caligine circumfusi & profundissimâ cum ignorantia, adeò ut Paulus de Gentibus afferat, nescivisse illas.

illas Deum & serviisse τοῖς μὴ Φύσῃ γε Θεοῖς, Gal. 4. v. 8. Quomo-
do ergò omnium rerum notitia homini potest esse congenita? Quomo-
do huic universalis cognitioni verè Ideæ Platonicæ, h. c. figmento, spe-
cialis illa de Deo inadficari potest?

XXVIII.

Non desunt quidem, qui ob Typi cuiusdam habitualis assertio-
nem Theologis Symbolismum Platonicum intentare laborant, conclu-
dendo, intellectum hominis ex nostra sententiâ esse notitiis priuorum
principiorum imbutum, non itaq; esse tabulam nudam, sed rasam, sal-
tem ad minimum respectu illorum principiorum, quæ Platonicorum
sit opinio; argumentando; in quocunque est sufficiens causa alicujus
effectus & agens de necessitate naturæ, ibi necessariò est talis effectus.
At posito notitiam principiorum inesse actu homini naturaliter, inest
sufficiens causa & agens necessarium respectu notitiæ conclusionum.
Ergò notitia conclusionum inest actu necessariò, & reddit opinio Pla-
tonis, vanumq; est quicquam addiscere. Ab opposito arguendo, ne-
mini adhæsurum erroris habitum quantum ad illas res sive objecta, quo-
rum notitiæ nobis essent connatae: à simili procedendo, sic quoque ex-
tituras naturaliter virtutes & appetitionem boni: Tandem concluden-
do, entia non esse multiplicanda citra necessitatem, si quorundam insit
cognitio, quæri posse non incommode, cur non omnium? Item ad quām
disciplinam spectent?

XXIX.

At levia hæc sunt, ad quæ facile à nobis responderetur. Nam 1. Pla-
tonè non sequitur: Intellectus hominis ex nostrâ sententiâ non est tabu-
la nuda. Ergò rasa, datur enim medium, nec rasam esse ob defectum dele-
tionis, nec planè nudam ob principiorum impressionem. 2. Proban-
bandum erat principia sufficientem causam esse omnium conclusionum,
nihil præter illa requiri, non mentis intentionem, debitam ad objecta
applicationem, laboriosam speculationem; Probandum, esse agentia
necessaria, omni libertati Superioris subducta, annon enim voluntas in-
tellectui imperat, annon effluxus principiorum in conclusionem po-
test liberè vel somnolenter suspendi, stante hâc ratiocinatione omne
inter discipulum & Doctorem discrimen vacillabit, idem erit simul cœ-
plum & consummatum. Ubi ergò sufficiens causa alicujus effectus
in actu, ceterisque paribus & agens naturale nulla connexione liber-
tatis

tatis indifferentiam attingens, ibi necessariò concedimus ponere effectum. At hīc Minoris probatio deficit, Conclusio itaque ex nostrā sententiā, quam intenderat elicere Adversarius, deduci nequit. 3. Absurdum non est erroris habitum adhærere alicui quantum ad id, cuius notitia est connata, si illa notitia connata accipiatur in totā suā latitudine, prout ad has vel illas conclusiones sese extendere potis est, annon enim teste genitium Apostolo ἀληθία illa potest captivari & detineri in injustitia, Rom. i. v. 18. Annon potuit γεωγὸν & Ἰησοῦ detorqueri ad idololatriam tanquam principium ad conclusionem ἀσυμπτόχειαν & inconsequenter, cur ergo Paulus gentiles hoc nomine accusat, Rom. i. v. 21. 22. 23. Completus itaque solum scientia & erroris illi oppositi habitus simul inexistere nequeunt, quod planè non evertit nostram de Notitiis Insistis sententiam. Nec 4. absurdum est inesse nobis semen quoddam boni, poadus in honestatem civilem, radices virtutum, principia practica hominom in societate viventem dirigentia. Multiplicari entia citra necessitatem dicitur 5. non probatur, immo dica hac rationale Paulo scribitur; itidem 6. queri potest, cur si quis noverit principia Physices, non omnia in illâ disciplinâ usque ad remotissimas conclusiones cognoscat. 7. Ad omnes disciplinas spectare dicimus in communi, bases quippe Philosophiaz Theoreticaz & Practicaz, ad Intelligentiam peculiari modo, quam distinctum à ceteris disciplinis habitum esse moderni ostendunt Philosophi.

XXX.

Expensâ Platonicorum opinione Peripateticam illam Thes. 6. notatam breviter perstringimus, sufficienter enim discussam esse in superiori Exercitatione, & ad oculum patere quantum à locis Scripturæ productis, & analogia fidei abludat, ex praesenti quoque discursu arbitrainingur, nec in aliam se resolvit propositionem modernorum imprimis circa hanc questionem opinio, quam in hanc: Anima (intellectum enim nolunt realiter distingui ab illa, sed fieri intellectum per essentiam) potest intelligere posito creaturarum speculo, & attentione circa illud, esse aliquem Deum, quo quidem modo omnia fieri possibilis est, h. c. revera nullam habet de Deo notitiam, ut de rebus quibuscumque aliis.

XXXI.

Quid igitur, inquis, de illa Theologorum differentia est statuendum? anne admittenda species, num verò propugnandus habitus?

Renatus des Cartes, cujus ingenium non vulgaris tinturæ fuisse, Mathematicarum autem meditationum palmam omnibus ætatis suæ Doctoribus præcipuisse etiam adversarii illius admittunt, Ideam quendam statuit peculiarem, quam mens nostra de Deo habeat; Ideam autem describit, quod sit cuiuslibet cogitationis forma illa, per cuius immediatam perceptionem ipsius ejusdem cogitationis conscij simus.

XXXII.

Concussit totum Belgium illa Cartesii nova philosophandi ratio, quibusdam ad illius partes inclinantibus, quibusdam nil nisi blasphemias Nobili Philosopho intentantibus; sed quicquid sit de modo methodoque novâ philosophandi illius Galli, sententia illius accedere non possumus. Nam 1. Idea ex communi Philosophorum & Theologorum usu dicit formam, ad quam quis respiciendo operatur productiones similis, ita ex Patribus Augustinus, ex Scholasticis Thomas, Durandus, Bonaventura, Biel & alii, consulatur Ioh. Altenstaig Mindelheimensis, in Lexico p.388. At quād absurdum, exemplar quoddam esse in homine ipsius Dei, ad cuius imitationem aliis effigiari possit? 2. Concesso Ideam cum Exemplari non coincidere, ut scil. Idea sit cuiuscunque rei expressio, Exemplar autem producibilis vel producendi principium, prout Theologus Granatensis Ideam & Exemplaria Deo distinguit, ut Idea sit merè naturalis & de rebus possibilibus. Exemplar v. involvat respectum liberum, quia Exemplar involvit causalitatem aliquo modo actualē, ita ut aliquid ad illius imitationem fiat, vel futurum sit, videatur lib. 2. de lega æternâ c. 3. Concesso Ideæ notionem per præcisionem eò usque comedè deduci, ut notet speciem intelligibilem abstrahentem à directione fabricandi operis externi, nihilominus falsum etiam in hoc sensu dari in mente nostrâ de Deo Ideam. 3. Definitio, quam Cartesius ex cogitavit, non tam Ideæ definitio, judice Revio, quād actus reflexi est descriptio, nec objectum immediatum in tali actu Deus est, sed cogitatio de Deo, verū cum hæc magis respiciant notitiam de Deo acquisitam, idèque illa, quæ partim Cartesius, partim Claubergius Hyperaspistes, & alii hic finxerunt, sequentibus reservamus Meditationibus.

XXXIII.

Nos ita ex disputatis procedimus. Certum est 1. non dari in mente humanâ ex ipsâ origine ipsius Essentia divinæ speciem vel expressam, beneficio abstractionis productam, vel impressam, ut Beatus Stegmannus Photinianus largitur, quād enim posset ab ipsis vicâ primordiis inesse

naturâ.

naturaliter homini species Essentia divinæ, cum Essentia divina nulla sit nisi tribus personis constans, Patre, Filio, & Spiritu Sancto? qui possunt Gentiles dici à Christo, Eph. 2. v. 12. si species veri Dei fuisset illis insculpta? quis cœci, si tam illustris in ipsis radiaret vera Divinitatis Typus, Eph. 4. v. 18.

XXXIV.

Hoc vult B. Lachernus, cùm dicit: *Sciimus gentiles verum Deum non habere, cum verbum illius audire nolint, sed fingunt esse Deum, qui neque Filiū, neque spiritum Sanctum in Deitate habet, & ita nil nisi somnium pro Deo amplectuntur.* Tom. 8. Jen. fol. 286. ὁμόψυχος est Samuel Maresius in disput. contra Jesuitam Pelagianisantem, p. 179.

XXXV.

Certum est 2. ex Argumentis productis aliquam tamen Divinitatis post lapsum supereesse notitiam, h. e. Typum quendam ἡόμητρα potius, ut notanter Paulus loquitur, h. e. Existētiam & complexum attributorum quorundam divinorum magis adumbrantem quam dilucidè exprimentem.

XXXVI.

Utrumque autem dici posse videtur de Notitia Dei in sítâ, nimis tuta illam esse Typum aliquem, sive speciem impressam, vel potius umbras existētias & attributorum divinorum, & Habitum. Si enim i. Theologia insistimus vestigii, qui habitum intellectus descriptis per aliquam ordinationem specierum, quod de speciebus simplicium terminorum explicat *Capreolus* in 3. q. *proleg.* de toto autem enunciabili complexo *Soncinae* 6. *Metaph.* 9. quam Thomæ sententiam nuper pluribus defendendam suscepit *Theologus* quidam *Batavus*, non in re, verum saltem in vocabulis erit discrepantia. Favent sane primæ huic sententiae etiam vel maximè Moderni inter Pontificios, præprimis Hurtardus de Mendoza, disp. 16. de Animâ, sect. 2. afferens, in Intellectu non dari habitus à speciebus distinctos, & probant ex eo, quia Intellectus non minus est potentia necessitata ad operandum, positis omnibus prærequisitis, quam potentias exteriōres & sensus interior, sed haec potentias non habent habitus à speciebus distinctos: Ergo nec Intellectus, neque solidum videatur, quod de speciebus illis pronunciant, tenere se ex parte objecti, & esse simpliciter requisitas, ultra illas itaque dari habitum inclinantem potentiam ex parte potentias, quia acquisitis etiam speciebus Intellectus ma-

gnam habeat difficultatem in producendo iudicio , non nisi per habitum superandam , quia , ut speciem simpliciter requiri ex parte objecti largimur : ita difficultatem ex parte potentiae illa superare potuit , in quantum firmiter impressa est , atque ita facultatem ad promptam operationem facilitat. Intellectus quippe difficultas ex eo est , quod species sint imperfecta & abstractiva , cuius indicium esse potest , quod homo in iis , quae in sensibus per proprias species percipit , nullam habeat difficultatem , neque habitum requirat , sufficit itaque ad remotionem difficultatis ex parte potentiae major specierum intensio & claritas. Infirmitas itidem est , Habitum facilitare ad rectum Usus specierum , quapropter ab illis necessariò esse distinctum , tum quia Usus minus rectus specierum non est ex defectu habitus facilitantis , sed ex minus clara propositione objecti , quâ sit , ut non sufficienter determinetur ad ascensum : tum , quia potentia necessaria non indiget facilitatione ad Usus specierum rectum ex concursu & auxilio habitus , quod in sensibus externis & internis manifestum : tum , quia ut operatio à speciebus , ita facilitatio ad usum ex iisdem sub intensiori gradu acceptis. Denique utut speciosum , non tamen fundamentale est , quod de habitibus practicis movetur , Arte scilicet & prudentiâ , quæ certè non constent in solis speciebus , quæ facile acquirantur , & memoriaz etiam mandentur , sed in alio habitu magno usu & habitudine acquisito , non enim de natura praticorum habituum disputamus , neque quæ forsitan peculiaris hic ratio obtineat , excutimus , præprimitis si attendatur , illum usum dicere acquisitionem , cum de innata promptitudine nobis sit sermo , quæ posito , habitum non dicere necessariò distinctum quid à speciebus , commodè sub illarum casum referri potest , quanquam non desint , qui & hunc nondum solverint , asserendo , dari species sive notitias praticas , dari factivas , quæ dicantur Ideæ live Exemplaria , has , si intellectui firmiter sint impressæ , sufficere ad facilitatem in apprehendendo , judicando , operando , & constituere habitus , utut non diversos à speciebus illis firmiter impressis , qui pro diversitate objectorum dicantur virtutes , vel non virtutes. Sanè ipse Cancellarius Academiz Pragensis non multum tribuit huic argumento respondendo , illas species dici praticas , quæ inclinant ad cognitionem dirigentem ad Effectiōnem sui objecti , illas verò speculativas , quæ ad cognitionem speculativam ordinantur. Omāenem enī rationem practici vel speculativi debere etiam in habi-

us , calu quo distinguatur , ex cognitione defumi , eodem itaque modo posse hoc fieri in speciebus. Illas item dici habitus prudentiarum , quae ad Prudentiam inclinant. Illas scientiarum , quae ad actus scientificos , nec videre se , cur haec denominatio minus possit ab actibus tribui speciebus , quam Qualitatibus illi , quam Suarez vocet habitum. Sin vero 2. rejec-
ciamus illam descriptionem , & dicamus officium specierum esse unius
objectum intelligibile cum intellectu , & requiri ex parte extrinseci per
vicarium complendi , Habitum autem tollere difficultatem in judicio de
falsitate vel veritate , adeoque requiri ex parte potentiarum facilitandarum ad
assensum & judicium , tamen in conciliatione nondum res erit desperata ,
sic enim unum alterum includit aut presupponit ; & si consequenter ia-
tota latitudine suâ accipiatur notitia , quam de Deo statuimus insitam ,
includet procul dubio speciem existentiarum & attributorum quorundam
divinorum umbratilium , potentiam intellectus de se indifferentem de-
terminantem & habitum illam potentiam in ratione principii dispo-
nentem , facilitantem.

XXXVII.

Ut autem species illa quorundam attributorum divinorum dimi-
nuta dicitur , ita quoque Habitum , ut proinde non omnia , quae strictè sic
dicto Habitui competit , hinc sint exigenda , quanquam ea , quae forma-
le ipsum concernunt , nempe durabilitatem nativam , ordinationem ad
operationem , promotionem facilitatis non refugiamus commode apta-
ri Notiarum Insitae defendere.

XXXVIII.

Multa in contrarium quidem moventur , sed sine fructu : Non nos
terret intellectus cum voluntate & sensibus comparatio : potentiarum in-
tellectualis ad hoc $\gamma\omega\sigma\tau\gamma$ sine superaddito sufficientia : Defectus opera-
tionis in primis infantiarum annis experientia notus : labor & difficultas in
acquirendâ omnium objectorum notitiâ : Suspensio appetitus naturalis
ad corpus si ex phantasmatibus omnia penderent , & quae sunt alia confli-
ctus reservanda. Omnia quippe haec Argumenta instantia ab Adamo
petita ferè obtunduntur : nam comparatio Intellectus cum sensibus in il-
lo quoque institui potest , nec defuit eidem potentia ad hoc cognobile ,
nec propensio animae creatae ad corpus , quis vero negabit intellectum
illius fuisse instructum habituali notitia rerum tum naturalium , tum
supernaturalium ? Quis euadem ad statum infantilem deprimet cum

Josepho? Quis adprobabit illud Smalzii contra Franzium, Disp. II.
pag. 44. Ista sapientia rerum divinarum & Sanctimoniorum, quam Adamo ante lapsum tribuit Franzius utram cum aliis Idea quædam est in cerebro illorum nata, de qua ne $\gamma\epsilon\nu$ quidem in Sacris literis. Simplicitas & innocentia si tribuatur Adamo ante lapsum satis superquæ est. Et annon si stetisset primus Parens, ut post lapsum genuit ad imaginem & similitudinem suam, ita perseverans in obsequio concreatas dotes in posteros transmisisset? Num tamen probabile, posteros in primis infantia annis exerturos stricturnas à primo Lumine haustas, nec accessu ruin augmentum ex actuuum circa objecta varia occupatorum frequentatione? Sigillatim ad primum regerimus, comparationem institutam fallere, tūm quia non par est ratio Intellectus & sensuum, nec necessarium, si in Intellectu existat principium facilitans, idem quoque fore consimiliter in sensibus, quod vel exemplo Adami adducto cognosci potest, tūm quia sensus merè naturalis & necessaria potentia sponte in objectum sensibile vergens, Intellectus autem voluntati connexus, & ob illam conjunctionem superaddito circa prima principia determinandus, tūm quia stando in comparatione illa dici potest, prout in voluntate reliquum est qualecumque semen boni, quod non est ipsa voluntas, ipsa facultas appetendi; ita in Intellectu dari superadditum convincens hominem de Principio omnium, quod non ipsa facultas intelligendi præcise. Ad secundum dicimus, supponi illam sufficientiam potentia Intellectualis ad hoc $\gamma\omega\sigma\tau\gamma$, non probari: posito enim, non concessu, sufficere illam, ad acquitatem Dei notitiam, nondum tamen erit evictum, non dari aliquod internum habituale ipsi potentia à primâ origine sui impressum, quod Numen venerandum manifestet, sancè stante hâc potentia in discrimen adduci possent omnes habitus connati, atque negari quicquam nobis esse congenitum, neque ita notitia illa de DEO, sed etiam de aliis objectis tūm Theoreticis, tūm Practicis adeoque ipsa prima principia naturaliter concreta exulabunt. Ad Tertium Respondetur, aliud esse, aliquid possideri, aliud usurpari, non si hoc cesset, & illud negandum erit, operationis autem cessantis in primis annis causa longè alia est, quam defectus insitî Typi superius assignata. Ad Quartum reponimus, Laborem & difficultatem respicere habitus acquisitos, nobis verò questionem esse de insito, neque DEUM existere, esse cogitum difficile, sed manifestum in omnibus. Præterea potest ini-

tiuum

tum alicujus rei esse naturale insitum & concreatum , ut tamen difficultas aliqua & labor interveniat quantum ad illius consummationem . virtutum moralium insunt rudimenta nobis , quis tamen nec sit , quanto labore opus sit perducere illa ad maturitatem , evehere ad debitam perfectionem ? Neque negamus , in omnium Objectorum notitiâ comparanda esse difficultatem , cum non statuamus , hominem nasci πρώτον , sed non brutum , qui nil de Deo habeat insitum , nullum de Numinis sensum . Ad ultimum denique dicitur , posito , non desiderare animam corporis commercium ex suppositione notitiae de Deo concreta , desiderabit tamen ex defectu aliorum objectorum per sensum ministeria apprehensorum , cognoscendorum ; secundò , appetitus ille animæ ad corpus non est ex perfectione quādam beneficio corporis acquisenda , sed ex ipsa creatione & naturâ animæ , quæ incompletum quiddam , & Forma , quæ naturaliter appetit Materiam . Tertiò , Anima considerari potest vel ut pars constituens cum corpore hominem , vel ut principium operandi in corpore & per corpus : posito , ex posteriori defensione propensione stante nostrâ sententiâ , quod tamen falsum , nondum eversa tamen erit sub priori respectu , qui vel maximè semper attendendus . Finimus itaque Salviani Presbyteri Massiliensis verbis :

*Mens p̄ studiū ac boni voti , etiam si effectum non invenerit capi
operis , habet tamen præmium
voluntatis .*

EXER-

EXERCITATIO III.

DE NOTITIA DEI ACQUISITA.

Th. I.

Quemadmodum Deus olim lapideis tabulis, seu rupicibus paginis, ut *Masiliensis Presbyter* loquitur, decem verba inscriptis, ita Cordibus hominum etiam saxeis inseulptam esse aliquam legem ad D E I cultum, proximique amorem obligantem Testimonio Gentium Apostoli gemino in superioribus abunde confirmavimus, ut mirari subeat, quosdam Christianos Philosophos tam impensè sectari *Noctuam* illam Stagiriticam, & ad lucem hanc Apostolicam tam claram, tam serenam coecutire, atque hæsitantis Ingenii lubrica effata præ Oraculis γνῶσις divinis suscipere, & tam pertinaci affectu complecti.

II.

Quanquam enim in Notitiâ rerum paranda Intellectus hominis destituantur Bonis acquisitis, & per apprehensionem simplicium ad divitias complexas, Thesaurumque disciplinarum paulatim assurgat, non tamen hoc esse Catholicum ad τὸ γνῶσθαι in totâ suâ latitudine acceptum, aut evorsivum patrimonii hæreditarii vel solùm Angelorum species connaturales, de quibus *Thomas* part. I. quest. 55. art. 2. pag. mihi 103. luculenter demonstrant.

III.

Et quidem complexi alicujus dari notitiam sine prævia operatio-
ne mentis in simplicibus occupatâ evidenter patet, eo ipso, quo Paulus
illud τὸ γενναῖον in cordibus Gentilium ρόμον seu legem appellat, atque
Ἄληθειας titulo dignatur, Rom. 2. v. 15. cap. 1. v. 18.

IV.

Sed protollendus est pes ad Creaturarum speculum, ideoque mis-
sa ulteriori insiti habitus deductione impræsentiarum, D E O favente,
auspicari libet materiam justo ordine subsequentem de Notitiâ D E I ac-
quisita, de qua elegansissime Augustinus serm. 143. de temp. pag. m. 199.
*Interrogas pulchritudinem terre, interroga pulchritudinem maris, inter-
roga pulchritudinem dilatati & diffusi aëris, interroga pulchritudinem
seculi, interroga ordinem syderum, interroga Solem fulgore suo diem claris-
ficab-*

Scantem, interroga lunam fulgore suo sequentis noctis tenebras tempore tantem, interroga animalia, que moventur in aquis, in terris, que volant in aere, lateantes animas, perspicua corpora, visibilia regenda, invisibilis regentes: interroga ista. Respondent tibi omnia; Ecce, vide, pulchra sumus, pulchritudo eorum, confessio eorum est. Ista pulchra mutabilis quis fecit, nisi incommutabilis in seipso?

V.

Augustini itaque vel cuiuscunque Authoris illius sermonis insistentes vestigiis pro roborandâ notitiâ DEI acquisita classicum illum locum, Rom. i. v. 20. qui confessim subjunxit verba in antecedente Thesi laudata producimus. Verba ἀφωρισμένα in Fonte sic se habent; Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτὸς δύο κλίσεως καθόμενος τοῖς ποιήμασι νοέμενα καθορεῖται, ηπεὶ αἰδοῖς αὐτὸς διώματις, καὶ θεότης, εἴς εἶνας αὐτὸς αἰνιᾶτος. Vulgatus reddidit: *Invisibilia enim ipfius, à creatura mundi, per ea qua facta sunt intellecta conspicuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas: Ut sint inexcusabiles.* Recentior Interpres: *Ipfius enim invisibilia, jam inde à creatione mundi ex iis, que fecit, animadversa, pavidentur, eterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas: ad hoc, ut sint inexcusabiles.*

VI.

Singula hic libranda verba, antequam nexus syllogistico illa adstringamus: Dixerat Apostolus in præcedente versiculo, γνωστὸν τῷ Θεῷ Φανερὸν εἴναι τὸ ἀνθρώποις, pergit itaque ad καθόρεον ἀοράτων per ποιήματα sive factimenta, ut Tertullianus loquitur, à semine ad augmentum ejus procedens.

VII.

Per ἀόρατα τῷ Θεῷ intelligit Origenes invisibiles creature, h. e. Angelos, & quicquid humanis oculis inaspectabile DEUS condidit, confertque locum Epistolæ ad Colos. c. i. v. 16. ubi per CHRISTUM JESUM omnia facta esse dicuntur, sive sint in cælo, sive sint in terra, visibilia & invisibilia, quem sequitur Oecumenius, Scriptor Græcus: Thomas de Aquino ad Essentiam DEI, quæ à nobis videri non potest, Joh. i. v. 18. i. ad Timoth. i. v. 17. non obstante numero plurali, qui respiciat varietatem velaminum in via, cui in patria successura sit evolutione atque serenissima visio: Hugo Grotius, ad actiones DEI ex operibus

bus exsplendescetes ista τὰ ἀόρατα οὐκεῖν notis restringit. Theodoretus speciatim ad creationem & providentiam respiciens ita exponit: *Creatio rerum, & horarum mutationes, & temporum viciſſitudines, noctis & diei ſucceſſiones, & nubium veluti quadam paituritiones imbrium, & aura ventorum, & herbarum arborumque, & fructuum ex ſeminibus productiones, & alia hujusmodi per multa, que in hoc mundo cernuntur, aperte nos docent & Deum esse omnium effectorem & gubernationis eorum, quae fecit, clavum ſcītē & ſapienter tenere.* Qui enim ſola bonitate ſua & benignitate adductus omnia fabricatus eſt; nunquam eorum qua fecit, curam abjecerit, & abſque administratione reliquerit. Et id non dixit divinus Apoſtolum, inviſibile ipſius, ſed plurali numero, inviſibilia ipſius, id autem eſt creatio rerum, & providentia eorum, & iuſta Dei in unum quemque ſententia rerumque adminiſtrandarum multiplies ac varia rationes. Quam ob rem veniam non merentur, qui cum e j uſ modi Praeceptores habuerint, ex tot eorum doctriñis nullam utilitatem perceperē, quare merito ſubjunxit Apoſtolum: ita ut ſint inexcufabiles.

VIII.

Conradus Vorſtius libertatem prophetandi prætendens Socino & ſociis pollicem premis, qui τὰ ἀόρατα οὐκεῖν refert ad κεκρυμένα illa καὶ σειγμένα αἰωνίοις χρόνοις μνήμην per Evangelium & prædicationem Apoſtolicam patefacta, de quibus Paulus, Rom. 16. v. 25.

IX.

Particula γάρ, quæ duos hoſce verſus neicit, à quibusdam inter pretibus αἰπολογικῶς accipitur; persuadent quippe ſibi τὸ γνωστὸν οὐκεῖν v. 19. laudatum fundari unicè in illo maniſtandi per creatureſ viſibiles modo, quod prima diſputatione expendimus; à quibusdam verò οὐλογιſticῶς exponitur, qui utramque & iuſitam & acquisitam hiſ duobus verſibus combinari, atque illam ut medium inferendi hanc, præmitti ſtatuunt.

X.

Succedit expreſſior, inviſibilium illorum ratio: ſubjugit enim Apoſtolum εἴδιον δύναμιν καὶ θεότητα, de quibus inter Interpretes ſequuntur ac de antecedentibus non convenient. Quidam enim nolunt hæc verba ſubordinare inviſibilibus, quaſi quod generatim ἀοράτων nomine notatum, dilucidius per ſtricturarum potentias minirum & Divini-

tatis menti humanæ effigiatetur, verum ut coordinata accipiunt : hinc *Benedictus Pererius*, disp. 12. super his verbis circa initium ; *Tria*, inquit, numeras manifesta DEI, primo invisibilia DEI; deinde sempiternam ejus virtutem; tum Divinitatem ejus. Et. §. 67. illius disp. Pro invisibilibus eternitatē, pro potentia virtutem indeficientem, & quantum ad durationem, & quantum ad facultatē operandi, tandemque pro Divinitate Majestatem eminentissimam substituit. Alii eodem distinctionis fundamento innitentes, Trinitatem ex his verbis exculpunt, supponentes enim per invisibilia notari Patrem, nomine virtutis ad Filium, Divinitatis autem ad Spiritum S. tum inter se, tum ab invisibilibus distinctos devolvuntur, quod commentum quidam *Anshelmo*, quidam indefinitè cūdam Patrum tribuunt.

XI.

Qui inter attributa DEI augusta illa computant nomina, per Iuācūm vel Regimen universi potentissimum, ut *Origenes*, vel potentiam illimitatam, quæ ad omnia sese extendit possibilia, ut *Guilielmus Eftius*, & alii intelligunt. *Ieronymus* verò vel ipsam essentiam & naturam divinam cum *Cajetano*, vel Majestatem cum *Theophylacto*, vel beatitudinem cum *Musculo*, vel imperium ex Rabbinis interpretantur; videatur *Pareus*, in primam, *Eftius* in secundam, *Baldinus* in tertiam, *Hugo Grotius*, denique in ultimam inclinans sententiam,

XII.

Non minus disquiritur de apposito αἰδίῳ, nam & hic dividæ; quidam enim peculiare attributum illo notari, quidam ad virtutem tantum referri, quidam per syllēpsin etiam ad divinitatem extendi opinantur.

XIII.

In phrasi δέ τὸν κύριον καθόμενον major est difficultas, *Bernardo* & *Magistro sententiarum* κύριον hominem, *Ambroſio* & *Balduno* Systema universi, sive creaturarum complexum, *Augustino* denique & *Theodoſio Beza* ipsam creationem & exordium mundi denotat. Hinc post castigatam, vulgatam, & *Erasmi* interpretationem hæc subjicit; tempus creationis & originis mundi hoc in loco declaratur, dicente Apostolo, ex quo conditus est mundus præbuisse se Deum velut intuendum hominibus, res conditas in animo contemplantibus, ut dicit Prophetæ, Psal. 19: v. 1. & 145. v. 4. & 5. & 6. & alibi sapè, quod & Poëta & Philosopbi passim agnoscent, & idem noster *Paulus* inculcat Lystrensis, Act. 14. Itaq;

non *čn*, sed *đto'* scriptit Apostolus, quod ut planius esset, neque hic quisquam falli amplius posset, converti *đto'* jam inde, nec dissentit *Grotius*, qui reddit, ab initio humani generis. Primam *verò* sententiam Ludovicus de Dieu adoptavit, & multis roborare contendit, verba illius sunt: *Dignissimus hic est Syrus*, qui benè perpendatur, quem vertit Tremell. & Bod. in paris: *Occulta enim DEI à fundamentis mundi, in creaturis suis per intellectum conspicuntur*. Malè in *Creaturis suis*. Pejus in *Regis*, *ex ipsis creatione*. Verte, *Creaturis ipsis conspicuntur*, in *Dat. casu vel à Creaturis ipsis*. Sæpè enim *Syris* Dativus usurpatur pro *Ablat.* cum *præpos.* à. Vide Matth. 14, 8. Luc. 23, 41. 1. Tim. 4, 4. Joh. 13, 2. quale & illud Matth. 5. *Eppedη τοῖς δέχαιοις, dictum est antiquis*, pro ab antiquis. Ita hic *τοῖς μηνύμασι καθορεῖται* putavit *Syrus esse*, *Creaturis conspicuntur*, id est à *creaturis*, nempe ratione *præditis*. Quemadmodum frequentissimè *Hebræis* *τοῦτο creature hominem absolute significat*. Et *κλησις* Marc. 16, 15. *Præcipue autem notanda est apud Syrum distinctio*, qua *διπό' κλησις κόσμος* non costruit, quod multi faciunt, cum sequenti *καθορεῖται*, quasi mens esset, *Invisibilia Dei facta esse* jam inde à condito mundo *visibilia in creaturis*, sed cum *præcedente ἀόρατῳ*. Ut sensus sit; Etsi Deus sit *invisibilis*, & omnia ejus *invisibilia*, videlicet *æterna* ejus *potentia & divinitas*, neque inde à condito mundo ullius oculis sint *conspicta*, nec *conspici* potuerint, non habere tamen quod conquerantur homines, non esse sibi detectam *DEI cognitionem*. Etsi enim illa *DEI* sint *ἀόρατα*, sunt tamen *νοήσιμα*, & à *creaturis rationalibus per intellectum conspicuntur*. Idem manet sensus, Etsi per *τοῖς μηνύμασι* non homines; sed alias res *factas intelligas*. Nempe, quæ à condito mundo fuerunt, & sunt, & erunt semper *invisibilia DEI*, per res *creatatas intellecta conspicari*. Arabs eodem ferè modo quo *Syrus & arcana DEI inde à positione fundamentorum mundi, utique apparent creaturis ejus per cogitationem & intellectum*.

XIV.

Nec destituitur postrema sententia suis rationibus, nam I. In *Grazco* non est *čn*, sed *đto'*, quæ vocula originem & durationis initium significat juxta Matthæi c. 13. v. 35. &c. 25. v. 34. Marc. c. 13. v. 19. Apoc. c. 13. v. 8. c. 17. v. 18. II. Positâ *creaturâ* ut medio cognoscendi, manifesta videtur statui *ταντολογία*, *ex creatione mundi per ea quæ facta*

facta sunt , absque ullo commate , vel divisione ulla. III. Diversicafus h̄ic occurunt , ob quorum discrepantiam illud δότο χήσεως non potest appositè connecti cum τοῖς ποίμασι . IV. Phrasis δότο καταβολῆς κόσμος eundem planè habet sensum , ut videre est in cap. 13. Matth. v. 35. & Hebr. 9. v. 26. Estq̄ huic illa planè parallela ; pro eo enim quod Matth. 13. v. 35. dicitur , δότο καταβολῆς κόσμος Marc. 10. v. 6. & 13. v. 19. dicitur ἀπὸ δέχησι χήσεως . V. Authores gravissimi & quām plurimi hanc interpretationem amplectuntur , ex Patribus Tertullianus & Augustinus , ex Theologis Pererius , Piscator , Olevianus , Paræus ; ex Interpretibus , Syrus .

XV.

Sed quid ποίμασι Apostolo ? num opera Evangelii , miracula Christi & Apostolorum ? Ita quidem Photiniani : num opera creationis , de quibus liber Sapient. cap. 13. v. 1. & seqq. in quo omnes ferè interpretes Christiani conspirant .

XVI.

De his ποίμασι dieit Paulus , quod in Notitiam αἰρεσίαν deducant . Per illa enim invisibilia intellecta , ut Vulgatus habet , vel animadversa , juxta Bezaem conspici , pvideri . Thomas attendens τὰ νοέμενα ad intellectum refert illam circa invisibilia Dei operationem ; Grotius καθορεῖται exponens per apparentiam sufficientem , annexit Ebraicū familiare esse , sensus internos & externos videndi vocabulo exprimere .

XVII.

Restant ultima verba : εἰς τὸ εἶναι αὐτές ἀναπλογήτες , de quibus volente Deo alio die dabitur differendi occasio .

XVIII.

Hactenus diversorum interpretum diversa circa hunc textum iudicia , κρίσεις , censuræ . Separemus itaque pretiosum à vili , cum miscellant etiam h̄ic putamina baccis . Non potest i. circa τὰ αἴρεστα stare Adamastii interpretamentum , contrariatur enim i. illiscopi Apostolici consideratio ; redarguit ille universum genus humanum ἐλλίπειας καὶ βαρβάριας σφράγει καὶ ἀνοήτες , v. 14. omnes & singulos , quibus labes , vel impietatis contra Deum , vel injustitiae adversus proximum adhærescit , v. 18. sistendos ἀναπλογήτες coram tribunali divino ; quod τὰ γνῶσην θεῶν Φανερὸν quidem in illis fuerit , sed citra fructum .

quod *mīmātē* superaddita urserint reverentiam Numinis, sed sine effectu, quod cum cognovissent, Deum non ut Deum glorificarint, aut gratias egerint, verum potius *ἀμερόδως* honorem soli Deo debitum transtulerint ad creaturarum retrimenta; sive Angelos signati nomine *ἀρχάτων*, quæ v. 20. cum 19. erit cohaerentia, quæ γνωστή θεοῦ manifestati & *ἀρχάτων* per *mīmātē* affinitas? quæ conclusio, Angeli perspicuntur ex factis: Ergo in iustè egerunt gentiles, quod Deum non sicut Deum coluerunt; annon idem Objectum est utriusque Notitiae, & cultus debiti deferendi vi illationis Apostolicæ! sed in transversum ab ingenio humano rapti? Repugnat 2. invisibilium determinatio, non enim vagè aut indefinitè Paulus dicit invisibilia pavideri, sed invisibilia *αἵρετος*, *invisibilia Dei*, ut formaliter possidentis, non extrinsecè efficientis, neque ullus in Scriptura ostendi potest locus, ubi invisibilia Dei exercitum cœlestem significant. Obstat 3. *mīmātōn* & *ἀρχάτων* diametralis oppositio, quicquid enim rationem *mīmātōn* habet, illud invisibilibus ut objecto in cognoscendo contradistinguitur, at ex adducto loco Epistolæ ad Colosenses evidentissimè patet Angelos esse ex numero *mīmātōn*, cum tam invisibilia, quam visibilia sub disjunctione ad unum principium productivum referantur, locus itaque, quem putavit Origenes parallelum potius sententiam ejus funditus evertit, quam ut quocunque modo illam stabiliat. Accedit, quod nulla connexio vel inter ignorantiam spirituum complectorum & inexcusabilitatem subsequam coram judicio divino, vel inter Angelos ut objectum cognoscibile & *mīmātē* ut medium cognoscendi, quis pavidet ex visibili creaturâ invisibilem? quis processum argumentativum ex universi intuitu instituit ad Angelorum Existentiam? quis *mīmātē* sub suo formalis in spiritus creatos reducat? *ἐργα* opificem arguunt, Effectus causam, quæ præter Deum nulla etiam possibilis,

XIX.

Thomas in commento ambigüè loquitur, invisibilia enim notare essentiam dicit, ut attingitur viâ negationis contradistinctè ad potentiam & divinitatem, ad quæ viâ causalitatis & eminentiæ assurgamus, & amon in numero plurali argutatur, essentiam Dei non esse cognitam Secundum illud, quod est, scilicet prout in se est una, hanc enim notitiam patræ transscribit, sed per quasdam similitudines in creaturis repertas,

quia

quia, id quod in Deo unum est, multipliciter participant, & secundum hoc intellectum nostrum considerare unitatem essentiae divinæ ratione bonitatis, sapientiæ, virtutis, & hujusmodi, quæ in Deo unum sunt. At 1. similitudines illæ vel considerantur, ut sunt dispersæ in rebus creatiis, in Deo autem essentialiter unum quid; aut considerantur, ut sunt perfectiones participatæ in creaturis, eminenter verò in Deo relucentes; si prius, & numerus solum attenditur, atque per illius præcisionem unitas Deo vindicatur, vadum quidem negationis tentatur, verum quod Deus ut unus per invisibilia in plurali exprimatur, non videmus; si perfectiones ut tales à Thoma intelligentur, totâ aberravit viâ, non enim negando illa Deo, sed eminenter vindicando ens nobilissimum & pelagus illud omnium perfectionum attingimus. 2. Minus commodè contradistinxit hanc notitiam visioni subsecuturæ in patria, quæ non tam illi, quam speculari & ænigmata per verbum longè augustiori, scilicet naturali succedet. 3. Accurate loquendo essentia divina ex *mīmūas* non pervidetur, ut tum ex thesibus Exercitationis 2. constat, tum ex discordis patescat. Lutherus, qui vertit *Gottes unsichtbares Wesen*, tum per subjunctoram paraphrasin, das ist / seine ewige Kraft und Gottheit / tum alibi, præprimitis autem tom. 8. Jen. mentem suam sufficienter & candide exposuit.

XX.

Hugo Grotius & Theodoreetus non multum distant in examine ἀρεγάτων, nisi quod ille generatim actiones Dei, hic in specie creationem mundi & providentiam omnium rerum, ejusque modos indigitari sibi persuadet, verum profundius quid intimat Apostolus, & ut illud nimis generale, ita hoc nimis restrictum aliquo modo esse videtur.

XXI.

Omnem autem audaciam superat *Vorstij* cum *Socino* symbolismus, ut in responsione Apologetica adversus *Festum. Hommum* ad secundum Articulum excusationem molitur Scriptorum. Anne enim ἀόργατα idem, quod στονγυμήρα μυστήρια? Anne hic locus & v. 25. c. 16. paralleli? An non hoc est confundere distinctissima, & miscere quadrata rotundis? Aliud enim ἀόργατa indefinitè, aliud ἀόργατa voluntatis Evangelicæ & consilii divini; aliud ἀόργατa in se, præcisâ oroni temporis differentiâ, aliud ἀόργατa secundum quid tantum, ratione dispensatiōnis gratiosæ ad tempus suspensæ. Quam contorta paraphrasis *Socin*

cini invisibilia à constitutione mundi, hoc est, æterna divinitas, seu quod Deus nos perpetuo facere vult (ut divinitas hoc sensu enunciatur, Col. 2. v. 9.) aeternaque Dei potentia, sive promissiones, que nunquam intercedunt, (quo sensu paulo superius dixerat Evangelium esse potentiam Dei) bac inquam, quæ nunquam, postquam mundus creatus fuerat ab hominibus visa fuerant, id est, non fuerunt eis cognita per opera, hoc est, per mirabiles ipsius Dei, & divinorum hominum præsertim Christi & Apostolorum operationes fuere conspecta. Quis Interpretum diuagauit de promissionibus accepit, vel virtute illa, quæ servat ab æterna morte, ut Vorstius loquitur? Quis ἡότια de voluntate patefacta? quis concessit his distortis ingenii in arctum cogere vocabula amplissimæ significatiovis, phrasin à creatione mundi conjungere cum voce invisibilia? quis non ἀοράτως horum cognitionem antecedancam perspicit esse Apostolis illi turpissimæ & amori creaturarum meretricio, quam summam misericordiam demum subsecuta est Evangelicæ voluntatis revelatio; locus ex Epistola ad Colossenses adductus planè non quadrat, non solum ob disparitatem vocum, verum etiam inconvenientiam rei significat, & stultum est concludere ex v. 16. hujus capituli, Evangelium vocatur potentia Dei, E. potentia est Evangelium, nî pariter admittant hunc ingenii abortum: Evangelium vocatur Spiritus, 2. Cor. 3. v. 6. E. Spiritus v. 17. est Evangelium.

XXII.

Ad virtutem & divinitatem, quæ invisibilibus Paulus subjicit, pergitimus. Non possumus autem primò probare illorum sententiam, qui hæc verba coordinant, & entia multiplicant extra necessitatem, sive in attributi cujusdam peculiaris demonstrandi, sive in mysterii summi eruendi præpostorum favorem, quamvis enim suppletiva particula τι conjunctionem ut plurimum inferat; attamen non raro illam servire expositioni ipse Jesuita Valentinus concedit. Rationes abnuendi sunt 1. numeri in voce ἀοράτως amplitudo, non coordinata singulari vel virtutis vel divinitatis. 2. Appositiva adjectivi αἰδης & constructio, non abstractive aut contradistincte ad virtutem concepta, sed cum illa intime concrescens. 3. Ipsa τῶν ἀοράτων formalis ratio, generatim enim quandam notionem esse ad hoc & istud & illud invisible speciatim tale se extendens, ipsa vocabuli apprehensio, ususq; Biblicus confirmat, sic cum Paulus dicit: τὰ ὄγκη, τὰ ἀόρατα esse per Filium DEI creata, ut visibi-

ſibilium nomine generalem complexum per tot corporum phalanges, & species in universo se diffudentem exhibet, ita invisibilium nomine visibilibus contradistincto exercitum cœlestem generatim producit, ad expressiorem vel rationem effendi vel ministrandi, titulorum augustissimorum cumulo thronorum, dominationum, principatum, potestatum subnexo ex mente quorundam Theologorum descendens.

XXIII.

Ut autem producta Argumenta *Benedictum Pererium* directè ſoriant, ita primum & ultimum etiam *Anshelmi* opinionem concutit, & evertit. Quibus unicum hoc superaddimus, quod Trinitatis mysterium profundissimum, & lumine naturali non cognosci, nec per medium creationis investigari possit, quicquid etiam *Keckerman*, profectò nimis audacter moliatur in Syst. Theol. l. i. cap. 3. pag. (mihi) 20. & seqq. Cui etiam moderni quidam Calvinianorum, quibus illi στοφισμένοι μύθοι ſefamum & papaver ſunt, immoderatius accinunt. Consultatur *Iac. Mart.* l. 2. de trib. Elohim. cap. i.

XXIV.

Mitius ſunt tractandi, qui de attributis divinis illam paraphraſin Apostolicam accipiunt, non tamen ſine examine dimittendi. *Origenes* qui δύραμις ad universi Regimen refert, nimis adstringere videtur vim vocabuli auguſtissimi; Regimen quippe universi præluponit regendorum productionem, quæ in infinitam ſeſe refundit potentiam, comparat Paulus κλησιν καὶ ποίηματα cum hac δύραμε, inter quæ Relatio producentis & producti, creatoris & creati, ſiftit Deum ut primam cauſam, quæ non tam jugiter influendo, & dirigendo conservat, quam producendo ex nihilo omnium ſecundarum cauſarum virtutem ſuperat & excedit. *Eftiſus* qui illimitatam potentiam urget, cum notanter Paulus αἰδοῖς δύραμις deprædictet, veritati proximè accedit, modò di lucidius exponatur ratio omnipotentia, de quo in seq.

XXV.

Geōmē ipsam eſſentiam divinam notare ſine fundamento aſſerit: ſtanto enim hac interpretatione & commoda videtur vacillare connexio, & vis vocabuli vim pati; neque ḥρότης, cuius ωληρωμα in carne Christi habitare dicitur, Col. 2. v. 9. cum Ἡότην, de qua hic Paulus, coincidit, cum & origo utriusque nominis & uifus ſint diversa, ut ludibrium debeat doctis, qui parallelismum hic ſine suffragio eruditos.

ditorum sibi configunt. Imperium præcisè designare & jus, quod opifex habet in suum opificium, ex *Esa.* 24. v. 14. *Grotius* gratis dixit, cum longè latius pateat, Ἰδότης significatio, licet id connotatum non negemus. *Baldinus*, cui Musculus sociandus, hæc adjiciens, ut *Deus* idè dicatur, quod ope sua succurrat omnib⁹, ita divinitas recte accipitur pro ea bonitate, quā omnib⁹ presto est. Bonitatem ita laudat, ut Majestatem divinam non excludat, ex ordine scribit, quo singula sunt disposita in usum hominum colligere potuerunt Gentiles, ipsum esse summè bonum, qui divina planè cura prosequatur genus humananum, eisque omnibus in rebus apprisimè consuluerit: In eo enim divinam Majestatem consistere sciebant, ut omnibus benè faciat) ut autem ex ordine illo divinitus in multitudinem creaturarum introducat non solum bonitas, sed & sapientia explendescit infinita: ita malum in laxiori maiestatis ambitu notionem Ἰδότης exprimere.

XXVI.

In apposito αὐδίος non opus est, ut scrupulosè cum Interpretibus disceptemus, aut enim consideratur in constructione Grammatica, aut in evolutione Logica, si priori modo, non ut peculiare attributum abstractivè repræsentatum, ut textum insipienti manifestum, occurrit; si posteriori, utique proprietas quædam est Numinis, à quo sunt omnia, verum de hoc non controvertitur. Parum insuper refert, num soli potentiaz annectas, an ad divinitatem quoque extendas, *Paulus* priori junxit, *Syrus* interpres posteriori, vertens, *divinitas ejus, qui in eternum, utriusque commode tribuitur, ob paritatem præexistentiaz in ambobus notoriam.*

XXVII.

Pro κύρωσι explicatione, quæ ex *Abbate Clarevallenſi* adducuntur & *Lombardo*, frigent. Nam quamvis Scripturæ non insolitum sit nomen creaturæ adaptare hominum generi; vide *Marc.* 16. v. 15. Nulli tamen homo phrasí Scripturæ κύρωσις vocatur, nec subiectum cognoscens invisibilia hoc nomine, sed medium cognoscendi πινόμασι junctum ab Apostolo intimatur. Nemo ergo nobis vitio vertet, si quod pluries faciunt Pontificiū, subjiciamus huic interpretatione: *Hic Magister non tenetur.*

XXVIII.

Lombardum an fecutus fuerit Ludovicus de Dieu, necne? merito dubitamus, cum plus temporis in Rabbinis Judæorum, quam Pontificiorum triverit, magisq; acceperit Doctoribus Philologis, quam Scholasticis,

ticis , nec Periphrasis illius per omnia consonet Lombardianæ , quæ lib. i. dist. 3. ita legitur. Per creaturam Mundi intelligitur Homo per excellentiam , quâ excellit inter alias creatureas ; vel propter convenientiam quam habet cum omni creatura. Homo ergo invisibilia intellectu mentis conspicere potest , vel etiam conspicit , per ea , que facta sunt , id est , per creatureas visibiles & invisibiles. A duobus enim juvabatur , scilicet à naturâ , qua rationalis erat , & ab operibus à Deo factis , ut manifestaretur homini veritas. Hoc dicimus: illam nobis non probari , cum fulcra eidem supposita Moli illi videantur imparia ; Urget Enallagen casuum Syris frequentem , Dativi usurpationem pro ablativo cum præpositione A , & corrigit proin Tremellium & Boderianum , qui verterunt in Creaturis substituendo Creaturis ipsius conspicuntur expuncta particula objecti designativâ. At quis non videt hoc esse particulare , contingere aliquando , ex quo Locutionis quidem Exemplum , Regula autem universalis non probatur , firmatur ? quis non videt pariter pro Tremellio posse concludi , retorqueri argumentum posse : particula illa , quam de Dieu vertit A , quandoque notat IN , & promiscuè usurpat , ergo potest subsistere versio Tremelli & Fabricii , quam adoptavit quoque Martinus Trostius ? quis conferendo Syrum cum textu originario non convenientius censebit , exprimi Paulina verba objectivè , quam subjectivè ? Urget Exempla passim obvia , Matth. 14. v. 8. Luc. 23. v. 41. 1. Timoth. 4. v. 4. Johan. 13. v. 2. Matth. 5. Verum cum vox δότον , (quæ in Græco occurrit , Matth. 14.) non tam notet principium operans vel subjectum agens , quam Medium vel objectum , ut constat ex loco , Matth. 3. v. 4. & aliis in sequentibus adducendis , firmum non erit , quod corroborandæ sententiae adducitur , atque in suspenso relinquat sententiam Tremelli & Ludovici , nec liquidum est , phrasin Επίειδη τοῖς δέχασθαι esse exponendam , dictum est ab antiquis , ut quidem aliqui ex Theologis eò processerunt , cum commodè possit accipi objective , hoc modo , dictum est antiquis , sive ad antiquos , passim quippe ita accipitur hæc constructio , Rom. 9. v. 12. Gal. 3. v. 16. Apoc. 6. v. 11. nec elliptica loquendi Ratio hic ostendi possit , quasi τὸν vel ab esset omissum & ab Anagnoste sacro subintelligendum ; imò ipse Syrus hic pro nobis militat , qui non habet , à veteribus , sed veteribus , hoc est ad veteres. Urget Ebræis frequentissimè נִמְלָא hominem significare , additque locum , Marc. 16. v. 15. distinctionem apud Syrum notatu di-

gnam esse, quā κύρως κόσμος non construat eum sequente καθορεῖται, quasi mens esset, invisibilia Dei facta esse jam à condito Mundi visibilia in Creaturis, sed cum præcedenti ἀόρατη, Arabem denique Syri sensum comprobare. Sed ad illud de vocula κύριος supra Responsum est, sanè si κύριος apud Apostolum notat Creaturam rationalem, sive hominem, erravit Syrus in primordio phrasewç, non enim reddidit ab homine, sed à fundamentis Mundi; erravit Arabs, qui reddidit: à positio-
ne fundatorum Mundi; si ποιμάντις expressum est subiectum co-
gnoscens, creaturæ rationales, seu homines, quid opus fuit significa-
tionem κύρως in scenam & theatrum producere? si & κύριος hic ho-
minem notat, & ποιμάντις quamdurum erit, quod Apostolus dicit, nempe
à creaturâ Mundi, ab homine scil. creaturis sive hominibus perspiciuntur
per Intellectum Invisibilia ejus, congruentiam verò in versione Syrâ, &
connexionem illam tanti non facimus, ut originario textui præferamus,
in quo commodè & convenientissimè phrasis ἀπὸ κύρως κόσμος cum
verbo καθορεῖται jungitur. Arabi denique opponimus Scopum Apo-
stoli, qui est arguere impietatem latissimè grassantem propositione Mediū jugiter stimulantis & extrinsecè in contrarium retrahentis, quale
quid non tam Mentis humanæ operatio, quam Creaturarum Specu-
lum; opponimus textum originalem, atque addimus ex sociis Ludo-
vico reclamantem Paræum, qui ad illa, IPSIUS ENIM INVISIBI-
LIA.] Per modum rationis addit aliam speciem cognitionis Dei ex-
ternam, qua prior excitari atque illustrari debuit, per opera creationis,
qua sunt liber creature. Ac rursus subest occupatio: Deus est insensi-
bilis: Ergo nec cognoscibilis. Quod enim non cadit in sensum, non su-
bit intellectum. Respond. Est sane insensibilis in se, juxta illud; Deum
nemo vidit umquam, &c. sed invisibilia ejus revelata ex reb. creatis in-
telliguntur. Primum igitur hoc versu docet Apostolus, quodnam sit illud
ywsgv θεός, de quo v. 19. Nempe aeterna Dei potencia atque divinitas:
& sic, qua sit illa ἀληθία, qua illa notitia mentibus humanis pri-
mitus impresse, & post lapsum reliqua: nempe quod sit Deus, quod unus,
quod aeternus, quod omnipotens & spiritualis essentia, mundi opifex & gu-
bernator, bonus, & causa boni, primus rerum motor, iustus, sapiens, re-
munerator bonorum, vindicator malorum. Deinde docet, unde hac Dei no-
titia hominibus inesse arguatur, imo unde actu habeatur & confirmetur:
ex mundi nimirum creatione, seu operibus à Deo creatis. Sicut enim ex
opin

*opificiis praestanti, opificis cognoscitur praestantia & sapientia, ut ex Archi-
ta machina, artificis noscatur ingeniam: sic Dei aeterna sapientia, ba-
nitas, potentia ex operib. mundi καρδιογραφia pervidetur, b. e. perspicue
cognoscitur, sive enim calorum naturam, sidera, motus qdmirabi-
les, sive meteora in aere, terribilia & varia, sive creaturas in aë-
re, terra, mari, illustres, vastas & innumeratas, maximè genus hu-
manum instruamur: nulla est omnium, qua de creatoris sapientia at-
que potentia non sit pro evidenti commentario. Jungimus denique
recentiorem Interpretem & Criticum non obfex naris Erasinum
Schmidium, commentantem ad phrasin τοῖς ποιμαστοῖς νοέμενα per res
factas, intellecta à praterito passivo, πεποίημαι, verbi ποιεω, est ver-
bale τὸ ποίημα, quod significat opus effectum vel consecutum. Id
quod aliquis fecit, Eph. 2. v. 10. Αὐτῷ γὰρ εἰσῆλθε ποίημα, sumus opus
ipius manuum. Si hoc loco, τὰ ἀόρατα θεοῦ, διπολούχοις κάστροις
τοῖς ποιμαστοῖς νοέμενα, καρδιογραφia. Invisibilia Dei (v. g. ejus Dei-
tas & omnipotentia) à creatione mundi per opera effecta perspiciuntur
&c. Concludimus denique ipso Ludovici de Dieu testimonio, di-
cit enim. *Idem manet sensus, et si per τοῖς ποιμαστοῖς non homines, sed*
alias res factas intelligas, nempè qua à condito mundo fuerunt, & sunt,
*& erunt semper invisibilia Dei, per res creatas intellecta conspici.**

XXIX.

Majori rationum apparatu superbit Calvinianorum hanc circa
thesin καρδιῶν, qui vocem διπολούχοις non mediis, sed temporis notam esse, ar-
guunt, quod etiam Photiniā ad nauseam usque inculcant. Tumul-
tuatur Socinus & plerisque interpretibus indignabundus objicit, quod
ex præpositione, A, Ex fecerint contra ipsorum Græcorum Codicūm
fidem, qui non καρδιῶν, sed διπολούχοις habent. Recoquit Cram-
ben Ostroodus & B. Lutherum speciatim perstringit, quod verterit an der
Schöpfung der Welt / cui alia verba scil. vitrum pro gemmā substituit,
von der Welt Schöpfung her. Quanquam autem Socinianis nihil ac-
cedet, si vel maxime cum quibusdam Theologis, & modernis Criticis
phrasin hanc non objectivè sed adjunctivè explicaremus, malumus tamen
receptæ inter nostros adhærere sententiaz, quam novatuirientibus adhinc
ingeniiis.

XXX.

Ad conflictum itaque producta quinque Argumentorum acie vo-
cati arma defensionis expedimus. Primum laborat inconsequentia

ex particularitatis vicio, non enim universale est, quod de particula δότῳ argutantur adversarii, cum disjunctivè vel nota temporis, vel medii & cause sit, siveiusque cum vocula ἐν permuteetur, δότῳ τείχως καρπής est, è pilis Camelii, Matth. 3. v. 4. δότῳ τῶν καρπῶν est, è fructibus, Matth. 7. v. 16. δότῳ μέρης est, ex parte, Rom. 11. v. 25. Præprimis verò illustris locus est, Sapient. 13. v. 4. ubi stimulantur homines ad agnitionem Dei, ἀτ' αὐτῶν ab illis, scil. luminaribus cœli, quorum opifex. Alterum εἴγησιν luculentam ταυτολογίας vicio imperitè operat, ut enim Paulus satis apertè exprimeret, se per χήσιν hic intelligere id, quod eodem nomine insignit, Roman. 8. v. 19. 20. & seqq. Col. 1. v. 15. adjicit τὰ ποίματα, quæ εἰρησάσι καὶ θητικοῦ quam familiaris sit Dei amanuensibus, infinita propè loca testantur. Tertium ad humanæ libidinis ταυτογραμμὸν mentis & lingue artificem præpostere adstrinquit, nec casuum diversitas Identitatem significationis imminuit, sed terminationem vocom saltem aliter atque aliter inflebit; causa autem illius discrepantia est non temporis & medii distinctim exponendi intentio, sed præpositionis δότῳ Grammatica & Regularis constructio, quæ cum Genitivum exigat ab adiectis ποίμασι quantum ad hoc aliquantulum recedit. Quartum parallelismum fingit, non probat, ubi enim in allegatis locis habetur phrasis, quam hic premimus δότῳ κύσεως κώσμου? Matth. 13. non κύσις, sed καταβολὴ, Marc. 10. & 13. nomen quidem κύσεως legitur, sed interposita vocula αρχῆς, præmisso nomine tempus evidentè intimante, quæ in nostris verbis nullibi compareret. Quintum se armat autoritate huinana & numero pugnat, non robore, inde nullum nobis periculum, Tertulliano opponimus in cap. I. Rom. nobis ὁμόψυχοι Athanasium, Chrysostomum, Anshelmum: Augustini sermones de tempore, ex quo pugnant contra nos, rejicit, ut maximam partem suppositios aut dubiæ fidei Erasmus & speciatim quidem hunc ipsum sermonem 143. quanquam etiam ipsa verba sint ambigua: Pontificios, & Calvinianos interpretes non moramur. Neque Syrus à textu primigenio nos abducere potest, quod Jesuitis Syriae locutionem, Matth. 16. v. 18. urgentibus respondent Calviniani, nempè Græcum textum tantum esse authenticum, idem hic habeant sibi responsum; annon construatio illa δότῳ κύσεως κώσμου cum præcedenti αὐτοῖς differat, sequenti καθορᾶται, quam Syrus ad-
optat

optat ad Photinianismum vergit præstantissimis Calvinianorum fatentibus?

XXXI.

Ποιημάτια esse *διαματαργήματα* Christi & Apostolorum sub initium Novi Testamenti orbem irradiantia, dicitur sine ratione, si ne exemplo. In contrarium militat, *ipsa* vocabuli notio, facturam illud indicat & opus influxum productivum terminans, non causalitem ipsam, non operationem, multò minus actionem fines naturæ transgredientem. *Repugnat* 2. *ποιημάτων* extensio, de illis enim factamentis Apostolus agit, quæ patuere omnibus omnium temporum gentilibus. cap. 2. v. 1. & seqq. Anne verò miracula Christi & Apostolorum patuere omnibus omnium temporum gentibus? an in Tyriis & Sydoniis tanta miraculorum abundantia & ubertas, quanta inter Galilæz incolas radiabat? Matth. 11. v. 21. & 22. Falsa hæc, & tūn experientiaz tūm Scripturis aduersa. Obstat denique 3. Scripturæ usurpatio, & à miraculis distinctio, non occurrit illud nomen, nisi adhuc semel in toto Novi Test. Codice, nimirum, Eph. 2. v. 10. in quo ad creationem, non miraculosam operationem respici extra controversiam est. Miracula verò aliis nominibus, hæc enim διωάμεις, ομεῖα, πέρι vocantur, Matth. 15. v. 58. Actor. 2. v. 22. Rom. 15. v. 19. 2. Cor. 12. v. 12.

XXXII.

Rectè tandem νοέμφα Thomas de attentione mentis explicat verbum autem καθηράτη comparatè ad τὰ ἀόρατα, & in proportionē ad objectum accipiendum esse statuimus.

XXXIII.

Separatis difficultatibus ex diversorum interpretum ingenio natis, nostram de hoc loco non solum rationum momentis, sed & nostrorum Theologorum autoritate suffultam expromimus sententiam. Sunt autem αόρατα nobis generatin attributa divina, & Dei existentis proprietates invisibles, quæ expressius nominibus διωάμεις & Ιδότιαι signantur: potentia sive virtus notat illud attributum ἐνεργητικόν, quod sese maximè in creatione universi exeruit; αίδιαι autem dicuntur, quia & æterna est & indeficiens atque nunquam exauritur agendo;

Γέρων verò, (quod nullibi aliàs legitur in Novo Testamento,) comple-xum sapientiæ, bonitatis, & aliorum similium *ἰδιωμάτων* essentialium sub ratione majestatis infinitæ ex mundi structura emicantium. Fallit enim **Pareus** **Γέρων** cum **Γέρων** confundens, & dum distinctionem illam subtilitatem intempestivæ accusat, socium Religionis, & Ante-signatum **Bεζαν** perstringit, qui ad hoc verbum ita commentatur: **Puto** Paulum maluisse **Γέρων** quām **Γέρων** nomen hoc loco usurpare, quod ipsa **Γέρων** ex solo Dei verbo, Divinitas autem ex ipsis operibus cognoscatur, quod etiam moderni interpres novæ versionis Belgicæ attenderunt, & pro **Gottheit** substituere **Gotteslichkeit**. **Κτίσιν** **κόσμος** non notare ipsam præcisè productionem, (nunquam enim in Scripturis ipsum fluxum, sed terminum ipsis notat) aut cum apposito tempus productionis, in superioribus evicimus. Nihil itaque erit aliud, quām illa **κτίσις**, cui è λατέλαιον gentiles **πολέμῳ τὸν κτίσιον**, ut **v. 25.** exponitur. Fabrica scilicet mundi & corporum corona illa, quæ **ποιημάτων** nomine apposito amplificatur. Ut enim invisibilia è πεζήγησον habent ex potentia & divinitatis mentione, ita **κτίσις** ex **ποιημάτων** multiformium conjunctione. Dicuntur autem invisibilia illa **ροή** & **φύση** conspicī & pvideri, quia **ποιημάτων** primò in sensu, præcipue autem visum incurunt, & penitus introspecta mentem stimulant, ut ascensu intellectivo, attentione & discursu in potentiam, bonitatem, sapientiam, & similia summi Entis *ἰδιωμάτων* deveniat, & per creaturarum **κάλοντος** illa invisibilia quasi videndo assequatur, si enim vigilanter, ait Anshelmus in hac verba, **exteriora conspicimus**, per eadem ipsa **ad interiora revocamus**. **Vestigia** quippe creatoris sunt mira opera visibilis creatura; quoniam per bac quæ ab ipso sunt, imus ad ipsum. **Sapè**, ait Athanasius, ex operibus cognoscitur artifex, etiam si in oculis non sit, quemadmodum referunt de statuatio Phidias, quem sua opera ex commissione & proportione partium inter se etiam absentem extraque contutum positum representarint: ita quoque ex mundi ordine ejus opifex & conditor **DEVS** intelligendus est, tametsi corporeis oculis specari nequeat. **Quid faciant**, concludit Chrysostomus, omnia certo ordine durantia, quām quod hinc mirabiliter pulchritudine, istinc suspenda magnificentiæ opificis sui virtutem prædicant.

XXXIV.

Hinc argumentum nobis surgit invictissimum: Cujuscunque objecti datur **καθηρεγοῖς νοητοῖς** ex visibilium operum universi intuitu, in omnibus

bus & singulis utentibus ratione, mentemq; ad $\chi\alpha\lambda\omega\tau\pi\mu\nu$ creaturarum applicantibus, illius objecti datur notitia quædam naturalis acquisita contradistincta famæ, & traditioni confusæ. Atqui invisibilium Dei datur $\chi\alpha\lambda\omega\tau\pi\mu\nu$ per opem mundi penitus introspecta. E.


XXXV.

Adscribamus in confirmationem nostri argumenti & confusionem Socinianorum verba Ciceronis ex Aristotele hausta, longè senioris mentis testimoniū: *Si essent, inquit, qui sub terra semper habitassent, bonis & illustribus domiciliis, nec tamen exterrissent unquam supra terram: deinde aliquo tempore patefactis terra faucibus ex illis abditis sedibus evadere in hac loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent, cum repente terram ac mari, cælumq; vidissent, nubium magnitudinem ventorumq; vim agnoverent, aspexissentq; Solem, &c. Hec cum vidi: seut proscd̄ etiam esse Deum, & bac tanta Dei opera esse arbitrarentur.*

XXXVI.

Constitui quidem expendere, quæ maximè ad hanc rem faciunt loca illa *A& 14. v. 15. & seq. & 17. v. 22. seqq.* verum excrevit præsentis textus consideratio in tantum, ut rejicere cogar illam aliud tempus. Concludimus itaque verbis cedro dignis ingenio acris & vehementis presbyteri Romani S. F. Tertulliani, quæ leguntur in illius Apologetico adversus gentes c. 17. pag. (mihi) 710. *Quod colimus Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo iusgit: Ratione, qua dispositus: virtute, qua potuit, denib[ile] expressit in ornamentum Majestatis sua, unde & Graci nomen mundo $\chi\sigma\mu\nu$ accommodaverunt. Invisibilis est, et si videatur. Incomprehensibilis, et si per grariam representetur. Inestimabilis, et si humanis sensibus estimetur, ideo verus & tantus est. Ceterum quod videri communiter, quod comprehendi, quod estimari potest, minus est & oculis, quibus occupatur, & manibus, quibus contaminatur, & sensibus quibus inventur. Quod verò immensum est, soli sibi nostrum est. Hoc quod est, Deum estimari facit, dum estimari non capit. Ita enim vis magnitudinis & notum hominibus objectis & ignorum. Et bac est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt. Vultis ex operibus ipsius tot, ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus exterremur. Vultis ex anima ipsius testimonio, comprobemus & qua licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prayis circumscripta, licet libidinibus & con-*

cupiscentiis evigorata, licet falsis Diis exanicillata, cum tamen respiciscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valedudine sanitatem suam patitur, & Deum nominat solum, quia propriè verus hic unus Deus, bonus & magnus, & quod Deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, Deus videret, & Deo commendando, & Deus mibi redderet. O testimonium anima naturaliter Christiana! Denique pronuncians
hoc, non ad Capitolium, sed ad celum respicit; novit enim
sédem Dei vivi, ab illo, & inde
descendit.



EXER.

EXERCITATIO IV.

DE NOTITIA DEI NATURALL.

Th. I.

ORTHODOXÈ JOHANNES DAMASCENUS lib. I.
de fide cap. I. Πάσι γάρ η γνῶσις θεού τούτου αὐτή φυσικῶς ἐγκατίσταται, καὶ αὐτὴ γάρ η κτίσις καὶ η πάντης σύνοχή της, καὶ κυβέρνησις τοῦ μεχαλεῖον τῆς Γείας ἀνακηρύχθει φύσις. Hoc est interprete Iacobo Fabro Stapulensi: Nemo est mortaliū, cui non hoc à DEO naturaliter insitum sit, ut cum esse perspectum habeat, quin ipsæ quoq; res condire carumque conservatio & gubernatio naturæ majestatem prædicante.

II.

Utramque ergo Dei notitiam *tam insīram*, quam *acquisitam* prælatus ille Monachorum Constantinopolitanorum evidenter affert, atque conjungit, longe oculatior cœcis & cœcorum ductoribus, qui in Seculis subsequentibus utramque in dubium vocare ausi, grande documentum impietatis in nervum erupturæ, nī Deus intercisione reformatoriâ illam sufflaminasset, dedérunt.

III.

Dissipavimus autem, ut quidem speramus, Scripturæ luce prævia illas Scholasticorum circa hoc argumentum nebulas in antecedentibus, progressuri confessim ad modum demonstrandi existentiam DEI, subdolè illam explodenti, nisi & hīc remoram injicent iidem tenebrarum filii, negando, dati aliquam solidam demonstrationem, quæ evidenter doceat, esse aliquod Numen in orbe.

IV.

Ut ut verò facilè subscribamus Francisco Suarezio, ita differenti: *Supponendum est simpliciter loquendo non posse demonstrari à priori DEVUM esse*, quia neque DEVVS habet causam sui esse, per quam à priori demonstretur, neque si haberet ita exactè & perfectè à nobis cognoscitus DEVVS, ut ex propriis principiis (ut sic dicam) illum sequamur, detectabilem tamen judicamus esse audaciā, argumenta etiam solida pro existentia divina à Patribus & Philosophis producta, convellere, vel aperte negare, ne à posteriori quidem demonstrationem esse possibilem.

K 2

V. Am-

V.

Amplexus est hoc opinionis Monstrum, primum quidem ex Doctoribus Pontificiis Petrus ab Aliaco, Episcopus Aniciensis, post Cardinalis Cameracensis, Preceptor Gersonis, partim rationes, quæ ut evidentes afferri solent diluendo, partim in contrarium argumentando: Præcipuum verò quod pro sua urget sententia est illud, quod tertio loco adducit in principio questionis: *Non est, inquit, nobis evidenter notum, D E V M esse Vnum, Ergo neque D E V M esse: perinde enim est demonstrare D E V M esse atque Vnum esse, quoniam nomine D E I nihil aliud intelligimus, quam unum quoddam ens infinitum supra omnia entia.*

VI.

Ulterius progreditur, ut omnes numeros audaciz compleat Cardinalis: *Posito, ait, demonstrari vel admitti, dari unum quoddam ens increatum, quod sit causa prima efficiens omnium, que facta sunt, nihilominus non inferri evidenter illud esse D E V M, quia inde non sequatur, esse primam causam omnium qua sunt, posset enim aliquis dicere, dari plura entia non facta, & inter ea dari aliquod ens superius, quod licet non sit efficiens, sit tamen finis alterius entis increati, & eadem ratione fingi possente plura entia increata nullum ordinem causa inter se habentia, sicut sunt duo Angeli, quos aliqui posuerunt duo entia per se necessaria.*

VII.

Gabriel Vasquez post productum Theologorum, tum Scripturæ testimonia, imprimis locum Rom. i. v. 20. Sap. 13. v. 1. &c. tandem hanc subjicit *Dixi etenim: verum bac omnia meo judicio non probans propositum, Scriptura enim his locis & similibus solum contendit, semper fuisse sufficiens DEI testimonium ex mundi fabrica, pulchritudine, & aliis effectibus, ut ab omnibus cognoscatur; utrum autem notitia eyendi an solum probabilissimâ, nihil curat. Quod vero utatur verbo, Conscientiar, & verbo Videri, parum interest, bac enim communis quadam & magis astricta significatione quamlibet intellectus notitiam cum assensu determinato significant: in qua communi significatione bac & similia, Scriptura passim usurpat.*

VIII.

Pergit Bellomontanus Theologus: *Præterea, inquit, quod dicit Paulus, & Sapiens infimus, Gentes qua D E V M non cognoverunt excusat*

*non posse, non probat, potuisse omnes demonstrationem habere, ad hoc
nisi non possent excusari satis est, si probabilissimam quandam & pru-
tem notitiam habere potuissent. Sic enim hanc habentes notitiam
VM verum colere debebant, nam si aliquis modo Christum nega-
, non propter eas excusari non posset, quia evidenter rationem il-
habere potuisset, sed quia fide & notitia prudenti potuisset credere.
eo ergo gentes excusari non possunt, quod rationibus probabilibus
d prudentes non acquererunt. Quocirca Nazianzenus, Orat. 34.
est 2. de Theologia aliquantulum à principio ait: Etenim quod
VS sit ac princeps quedam causa, que res omnes procrearit, atque
ervet, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docet: illi, dum rebus in aspe-
t cadentibus aciem affigunt; bac autem dum per res oculis subjectas
et in ordine collocatas auctorem earam conjecturā quādam colligit:
non dixit evidenti ratione, sed Conjecturā quadam ex rebus visis
igi DEUM esse, est enim optima ratio, etiamsi non sit omnibus
ens ex rebus creatis deducta, quæ ferè omnium animis statim hæret.
icè utitur Nazianzenus participio οὐλογίζομεν, à verbo οὐλο-
γει, quod non significat, evidenter colligere & demonstrare, sed
sicut ratiocinari. Haec tenus Vasquez. Paria habet Emanuel Mai-
i in Philosophiâ sacrâ.*

IX.

Hinc Molina, Zummel, Trigosus & Medina concludere, invincili-
n dari Divinæ Existentiæ ignorantiam, & nuperrime Jesuita Ant-
pensis, olim Lovaniensis Professor SS. Theologiz, Diff. I. de DIO
§. 2. postquam negasset DEUM existere, per se notum esse, scie-
ntia subjicit. Ex eo, quod propriè principaliter per se non sit notum
VM existere, efficitur hoc ipsum, ignorari posse, partim vincibiliter
suspicer, partim invincibiliter, nam aut potest non proponi in-
stui, aut si proponatur, possunt latere rationes id probantes, vel
non attendi aut pervadi debite, culpabiliter quidem, uti in atheistis
as prava voluntate obfuscant, invincibiliter vero in rudibus bar-
, qui eas aut non audiunt, aut non capiunt, saltem statim ut propo-
unt.

X.

Arminiani eo ipso quo incertitudinis accusant argumenta pro-
entia Numinis, notitiae acquisitæ ruinam meditantur, & demon-
ones invictas vilipendere, ant etiam evertere videntur: causantur
quippe

quipe ea , quæ ex principiis Philosophicis deducuntur , tam operose esse elaborata , tot exceptionibus involuta , tot distinctionibus hypothesibus & postulatis intricata , ut indoctus ea sœpe assiqui non possit , & doctissimi non raro reperiant , quod in iis desiderent.

XI.

Non desunt , qui Orthodoxis intentant possibilis in hac materia demonstrationis defectum per consequens ex assertione notitiae insita seu concreta : Disputant enim contra Anselmum & sequaces , posito DEUM esse vel existere esse per se notum , non posse illud idem principium demonstrari , cum contra naturam sit principiorum , & propositionum per se notarum , ut demonstrentur , argumenta ergo si quæ adducuntur saltem explicare , quid nomen DEUS significet.

XII.

Prosternit autem hæc ferocientis ingenii temeraria effata omnia & singula Affertio Paulina , Rom. c. 1. v. 20. cuius Exgesin in præcedente Exercitatione præmisimus , ex qua sequentia nobis surgunt argumentorum pondera . 1. Quicquid ex creaturis interveniente Menti attentione perrideretur , illud ipsum evidenter est demonstrabile . Atqui ex creaturis invisibilia DEI , Existentia sc. potentia , sapientia , bonitas & similia interventione Menti attentione perridentur . E. 2. Quicquid ita elutet è Creaturarum speculo , ut omnem Excusationis colorem gentibus adimant , illud Evidenter est demonstrationis . Atqui Invisibilia DEI , ita elutent è Creaturarum speculo , ut omnem Excusationis colorem adimant . E.

XIII.

Scripturæ itaque sese opponit , & gentium Apostolo obloquitur Alliacensis . Neque sufficit primò ad intentum illius argumentorum pro Existentia DEI depulsio . Si enim 1. ex eo , quod ad rationes pro thesi quadam adductas , responsiones ab Adversariis pervicacibus adorari solent , consequens foret , illam non esse demonstrabilem , corrueret totus Christianismus , vix enim argumentum pro Orthodoxia ostendit potest , ad quod non solutiones pararint hæretici . Argumentum 2. Paulinum loco Rom. 1. v. 20. citato , aut agnoscat Alliacensis solubile , aut non , si prius arguat Paulum etiam cujusdam Scepticismi , dicat in certamine cum gentilium Philosophis produxisse levis armaturæ militem , arundine usum , non gladio penetrante in decretoriâ pugnâ : Si posterius , agnoscat esse argumentum aliquod solidum , insolubile pro

Ex-

xistentia Numinis, quod omne acumen humanum obtundat, esse possibilem demonstrationem nullo ingenii recalcitrantis conatu expugnabilem. 3. Rationes etiam solidas (*de infirmis non est quaestio*) retexere, uid est nisi ad atheismum viam complanare, & ducere ad extremam impietatis lineam, quod viro tantinominis inter Pontificios, Cardine Ecclesiaz Romanaz, Academiaz Parisiensis Cancellario & Columnâ lignum.

XIV.

Multò minus Secundò sententiam illius confirmat, adducta juxta alias in contrarium ratio, nam I. falsum est, nobis non evidenter notum esse D E U M esse unum: annon teste Eugubino lib. 3. de perenni Philosophia c. 7. antiquissimi Philosophi D E U M appellarunt, τὸν ἐν ipsam Unitatem, vel unum? Annon Hermes vel quicunque author illius operis, D E U M vocavit Monadem? quam dilucide Sappholes;

Εἰς ταῖς ἀληθείαις εἴς ἐστι Θεός,
Οὐς ψευδὸν πίπουχε, καὶ γοῖνον μακράν
Πόντος πε καρωτὸν οἰδρα καρέροαν βίος.

h. e. *Vnus in Veritate, Vnus est DEVS, qui calum fabricavit, & terram inagnam, amoenosque fluctus maris, & ventorum impetus?* annon rationes suppetunt evincendi illam eminentem summi Entis Unitatem & indivisionem? quanquam enim illa admiranda & ineffabilis unitas quem cum Trinitate personarum & distinctione characterum intime conexa circa revelationem, ab intellectu humano attingi nequeat, sed in numerum revelatorum computetur ab ipso Christo, Joh. 17. ¶ 3. non tamen sequitur; Unitatem ut sic non cadere sub lumen naturale, aut non posse evidenter demonstrari rectæ rationis beneficio, illud quod omnia regit esse Unum, sicut non sequitur, explicatior ratio Potentiz, Sapientiz, Bonitatis divinæ, non nisi per revelationem innotescit, E. invisibilia D E I potentia scil. & similia naturaliter per attentionem Mentis non conspicuntur aut pavidentur. II. Posito non posse demonstrari DEUM esse Unum, nondum tamen palma cederet Atheismi patrono, nam qui ostendit, non posse omnia Entia esse facta, sed aliquod esse non factum, ille evincit, dari Numen, esse DEUM, et si de Unitate numerica nondum sit omnis lis perorata, qua ratione Maatichæ duo posuere principia, unitatem quidem convolvendo,

lendo , non autem principii & independentiæ rationem utriusque denegando , hinc ipse Alliacensis thesi 6. concedit , posse aliquem dicere dari plura entia non facta . III. Quamvis nomine DEI nihil aliud intelligamus , quam unum quoddam Ens infinitum supra omnia Entia adeoque à parte rei & debiti conceptus coincidant , DEUM esse atque unum esse , distinctæ tamen sunt formales rationes Existentiæ & Unitatis , distincta etiam media probandi vel in illam , vel in hanc formaliter tendentia ; quicquid sit de consecutivo huic vel illustrationi annexo .

XV.

Tandem tertio , temeraria videtur ultima assertio , nam ita i. dicit Apostolo scribitur , qui causam potentissimam sapientissimam optimam omnium eorum , quæ sunt ex πονημαστι relucentem DEUM esse afferit agnoscendum & colendum à gentilibus ; atque hæc duo sibi identificat . 2. Non videmus , qui aliquid possit constitui superius in ratione finis , quod non habeat unâ rationem causæ Efficientis , idem enim , qua summe bonum ut est finis omnium , ita quâ omnipotens omnium causa est efficiens . 3. Exemplum fictionis illius à duobus angelis non quadrat , ob falsam hypothesin annexam , quasi sint entia per se necessaria , cum præter unum necessarium nullum detur , fingenti verò plura Entia increata nullum ordinem cause inter se habentia , & angelorum exemplo , thesin confirmaturo incumbit illa necessitatibus & que confitctæ probatio , ut nihil dicam multo minus esse cognitam angelorum existentiam , instantiæ loco repositam existentia Numinis duplice medio confirmata . Sed de his forsitan pluribus in sequentibus contra atheosimum discursibus .

XVI.

Non multum ab ludit opinio Vasquezii ab impietate Alliacensis : Supponit enim primò Scripturam contendere quidem , semper fuisse sufficiens DEI testimonium , ex mundi fabricâ , præscindere autem à gradu illius notitiae , quod partim fallum , partim contradictorium , falsum ut patet ex sequentibus , contradictorium verò , quia sufficiens esse testimonium è lumine naturæ , nec tamon evidens , se ipsum evertit , si enī sufficiens est in negotio conscientiæ , si in assensum rapit naturaliter , si ad unum oppositorum infallibiliter mentem determinat , utique evidentiâ suâ non destituetur .

XVII. Quæ

XVII.

*Quæ reponit secundò ad nostra argumenta in caducum inclinans
arietem : falsum vocem καθορᾶται, Rom. 1. v. 20. quamlibet no-
tiam cum assensu determinato significare , major quippe est Empha-
s illius , quam Jesuita negligentior circa textum originarium sibi
ngit, de Invisibilibus Paulus dicit , illa conspici & pavidere , laudat
ησον & καθωρεγον, hancque ut intensivam cognitionis attentioni men-
sili superaddit. In libro Sapientiae verò ad quem quoque respicit,
ον διερπεται occurrit , quæ in Novo Testamento ab Apostolis &
christo usurpata , ut plurimum visionem ocularem , aut translata ad
mentem notitiam evidentem, vel experimentalem notat. Videantur loca,
Iath. 27. v. 55. & 28. v. 1. Marc. 3. v. 11. c. 5. v. 15. Luc. 14. v. 29.
24. v. 39. Johan. 2. v. 23. c. 6. v. 19. Acto. 3. v. 16. Luc. 10. v. 18.
Johann. 4. v. 19. c. 8. v. 51. c. 12. v. 19. 45. c. 14. v. 17. 19. Act. 4. v. 13.
illum in hac communi significatione hæc & similia Scripturam pas-
si usurpare , contrarium patescit ex paulò ante allegatis locis : ubi
rò καθορᾶται alibi in hæc , quam hic proposito suo adaptat Lojo-
z , significatione invenitur , cum non nisi semel in toto Novi T. Co-
ce occurrat , non nisi in præsenti loco legatur ? Videat autem Vas-
tiez , quomodo transfigat cum Patribus super hæc exegesi , qui plane
sic Interpretationi ὡμόψυχοι hæc verba de evidenti cognitione ac-
piunt, teste Cancellario Universitatis Pragenis , part. 1. disp. 2. scđ. 2.
g. 31.*

XVIII.

*Alterum nostrum argumentum firmius est , quæm forsan opina-
r superciliosus ille Lojolita ; argutatur ille , sufficere ad inexcusabili-
tem , probabilissimam quandam & prudentem habere posse notitiam ,
iudiciorum oppidò falsum : argumentor : Quicquid mentem humanam non
invincit , non subigit , non ad assensum certissimum & infallibilem
terminat , illud aliquam rimam relinquit apologie coram judicio di-
citor , confessim enim ad accusationem divinam instare posset homo ,
in obligatus fui ad hoc vel illud agnoscendum , credendum , nisi in-
scientia convictus , ne carbones pro auro , opinabile pro certo ap-
prehenderem , mequem et ipsum fallerem , ipsa natura intellectus ita
imparata est , ut flectatur quidem probabilibus argumentis , sed non
si in demonstratione acquiescat , ipsa diffusissima æternæ mentis
magnitudo , ut neminem adstringit ad videndum , nisi quod evidens*

oculis, ita in re maximi momenti, intellectum non vult probabilitibus inhærere; & per illa eundem ad assensum determinare immobilem: atqui rationes probabiles immo probabilissimæ, Notitia prudens & cognitio moraliter certa mentem humanam non convincit, non subigit, non ad assensum certissimum & infallibilem determinat, quounque non assurgit ad ἀριστερὰς ἐξοχὴν, eousq; cum formidine oppositi est conjuncta. E. Producit 2. exemplum instantia loco. Si aliquis, ait, modo Christum negaret, non propterea excusari non posset, quia evidenter illius rationem habere potuisse, sed quia fide & notitia prudenti potuisse credere: hoc scil. est prius illud incertitudinis Papisticæ, & indicium lubricæ fidei in illo tenebrarum regno luculentissimum, quæ se resolvit in veracitatem declamantis de pulpito & ambone, quam sententiam non veretur defendere Cardinalis Lugo, aut tandem, in authoritatem præsentis Ecclesie Romanæ, quod aliorum est Asylum. Verum quam nihil hæc faciant ad rem, tum ex ipsa hypothesi Papistarum, tum ex rei veritate constare potest, ex illa quidem, quia Pontificii fidem ut notitiam obscuram, quæ nitatur sola autoritate revelantis contradistinguunt notitiae per rationes acquisitæ, fatentur autem DEUM ut objectum cognoscibile per lumen naturæ non cadere sub fidem, cum itaque ab Effectibus prælucente Paulo Christianus Philosopher argumentatur ad causam, quis processum illum non admittat esse demonstrativum? quis generare scientiam negabit? quis non instantiam à proposito alienam repudiabit? disparem indicando rationem objecti credibilis, notitia obscura apprehendendi, & scibilis per sufficientem rationum apparatus & evidentem demonstrationem amplectendi; Ex hac vero, quia præsupposita Scripturæ Majestate, divinitate & autoritate, quam Solis radio ex criteriorum undique resplendentium nexu descriptam & probatam dedere nostri Theologi, in primis Reverend. & Ampliss. D. Nicolai contra Laurentium Forerum, evidenter, absit Sophistica verbo, ex consensu Vet. & Novi Testamenti, Vaticiniis ante tot secula proditis, & historia complementum superaddente demonstrari potest; Christum esse, esse Messiam promissum, nisi velimus admittere mentes Christianorum non esse sufficienter convictas, de hoc Cardinali religionis nostræ articulo, nisi operam luserint Theologitum Pontificii, tum Calviniani, tum Orthodoxi, qui contra Iudeos in aciem progressi, hactenus corum ora ita obturauit, ut nū præter spicula in
Chris.

christum ipsis sint reliqua : videantur in hanc rem *Raymundus Martini*, *Paulus Burgensis*, sive *Paulus de Sancta Maria Iudens conversus*, *Paulus Galatinus*, quem Scaliger incubum Raymundiani laboris incriminet pronunciat, *Porcherus Salvaticus*, *Paulus Weidnerus*, *Ramus*, *Archangelus de Burgo novo*, *Capnio*, *Harrison*, *Charron*, *Haveman*, *rotius*, *Amyraldus*, & alii , inter quos eminet B. Lutherus.

XIX.

Gregorius Nazianzenus in confirmationem frustra adducitur, nam immo vox , conjectura , cui tam confidenter adhærescit Gabriel , si tam zidè esset urgenda , non solum Vasquesii , sed & Alliacensis opinionem infirmaret, contra quem ipse disputat. Secundò in Græco utitur vox οὐλογίζουσι, quod discurrere , ratiocinari , colligere significat , non injicere aut opinari , nihil itaque determinat , quoad modum cognoscendi specialem Episcopus , sed præscindit , cum Syllogizatio indifferenter esse habeat ad discursum probabilem vel demonstrativum , oburum , vel evidentem. 3. Quid si contra Jesuitam urgeamus hæc ipsa rba , annon reclamat ipsius opinioni dum afferit , DEUM esse , tum culos ipsos , tum legem naturalem , docere , quæ verba utique Evidentium intinxant , utique certitudinem immotam adstruunt.

XX.

Egregie in nostram sententiam Chrysostomus: quid dicent,inquit, eniles, te ignoravimus : Itaneverò? Non exaudistis cœlum vocem ab æctu emittens ? Non exaudistis compositam rerum harmoniam tubâ austrius clamantem ? omnia ordinem servantia , eademque tum à ilchritudine , tum à magnitudine ipsum opificem veluti præconio nunciantia.

XXI.

Quantum itaque tribuendum sit assertioni *Moline* & *sociorum*, ex his constat , sive enim ex defectu demonstrationis evidenter , sive insinceritate & *προάνθεως* deducant illud ignorantiae Patrocinium , falso supponunt , & Apostolico nostro loco contranituntur. Quicquid immo ita pavidetur ex strudura Univerſi , ut gentes ob neglectum illius iecti pavidendi dicantur inexcusabiles coram DEO , illud utique non rotatur invincibiliter , nam quod Apologiam ignorantiae vertit in Cagoriam , quod omni excusationi viam obſtruit , quod ora obturat per omnis convictionem de acediâ & voluntariâ circa hoc illustre speculum

ignavia, qui potuisset non agnoscere, non sciri, hoc sine à DEO propo-
suum, oculis exhibitum, *Invisibilia autem DEI, ita pavidetur ex sis-
teturā universi, ut gentes ob neglectam illius objecti pavidendi dicantur
inexcusabiles coram DEO, nulla E. hic ignorantia invincibilis locum ha-
bere potest.* 2. Ignorantia invincibilis est, quæ manet post omnem dà-
l gentiam possibilem & debitam, & excusat à peccato, juxta Gabrielem,
num E. ignorantia DEI in gentilibus est absque peccato, qui igitur
ejus rei causa, in decretorio die accusari poterunt, num post omnem
diligentiam possibilem potest nesciri id, quod oculis mentique jugistris
Eturarum communicatione influit, num talis homo ignorans non pec-
cabit mortaliter, etiamsi alium oecidat & putet se malefacere, quia pec-
catum mortale est dictum, factum, vel concupitum contra legem æter-
nam DEI, ille autem eam legem ignorat, num non merebitur per illud
factum poenam æternam, ut non veritus est hoc omnibus stoicorum pa-
radoxis $\omega\delta\sigma\delta\chi\zeta\tau\pi\sigma\rho$ nuper defendere Cancellarius Academæ Pra-
gensis part. 1. disp. 2. sect. 3. §. 22. 3. Ratio, quam communiter pro-
ponunt, quam infirmo suffulta sit tibi cincire, cuivis mediocriter attenden-
ti est obvium. Ratiocinantur illi hoc modo, non est veritas per se nota,
DEUM existere, debet ergo ex discurso & ratiocinatione colligi. Hic
autem discursus indiget magna consideratione, utpote res valde à sensibus
aliena; atque frequentissime experitur, homines multos etiam rationis
simplicitor capaces, ita tamen habentur ingenii, ut etiam quando conatur
alius res faciliores eis persuadere Exemplis facillimis eas res declarando,
tamen vel non percipiant, vel summe difficulter. Quo ergo fundamen-
to possumus dicere, istos & similares etiam sine ullo M. gistro ex seipso incep-
tuos, & continuaturos ratiocinationem & discursum adē Metaphy-
sicum, quo DEI existentia probetur? Ego, concludit Adversarius, sane vix
dubito, quin multi possint inveniri, in quibus nec per umbram similis exci-
retur ratiocinatio, poterunt. E. habere ignorantiam invincibilem DEI:
At 1. falsissimum est DEUM existere non esse veritatem per se notam,
uti luculenter prima Exercitatione ostendimus; Falsissimum 2. posita
sola ratiocinatione niti illam veritatem, tam impeditam esse, ut qui ho-
betioris ingenii sunt, naturali syllogizandi facultate illam non possint
assequi; Falsissimum 3. multos inveniri posse, in quibus nec per umbram
similis excitetur ratiocinatio, quanquam autem ambae largiamur ma-
nibus, discursum illum indigere magna consideratione, si quis in acie
stet

Et contra præfactum atheum, quanquam etiam hoc verum, non penetrari vim illam rationum Metaphysicarum tot exceptionibus obnoxiam, tot terminis involutarum, tot Maximis suffultarum, quas Pontificiū passim primæ parti Theologiz inspergunt, quanquam etiam in facillimis quandoque cespitare tardiores concedamus, nondum tamen consequens est, mediocri & pro modulo ingenii adhibita consideratione circa admirandam mundi structuram non influere opificis existentiam, notitatem, sapientiam, potentiam & similia, aut non simplici (beneficio facultatis ratiocinandi naturalis) discursu sine tricis apinisque asperitas illucescere menti, quod admirandus corporum ordo indefinenter ngerit, aut tandem concurrente notitia insita & objecto irritante exteriorio, ne per umbram quidem excitari ratiocinationem quandam, in Existentiā divinitatis sese refudentem, ut ut alia objecta, quorum nullatur insita notitia, etiam facilia, non tam facilè apprehendantur, stimulat enim illud οὐεμονίχον internum, urget lex cordibus inscripta, convinxit hæc universi facies, ut nullus detur ratione quidem utens homo, cuius mentem non subeat vel semel aliqua de DEO notitia, aliqua de Numinine Cogitatio.

XXII.

Putidum insuper est, quod Arriaga ulterius addit, dicendo: Esto omnibus Mentiis insitum quoddam sit de Deo dubium, siue in nullo sit invincibilis Ignorantia Numinis; hæc tamen Ignorantia quantumvis incibilis, non est culpabilis: sicut si cui dubium incidat, quo pacto arbores crescant, non peccat hæc de re ulterius non inquirendo. At concedit primò Egidius Conink, disp. 18. c. 14. esse naturaliter nobis aliquam Inclinationem ab Auctore inditam, quæ nos sepe excitet ad judicandum aliquod esse Numen, quem naturalem instinctum Deus etiam suâ gratiâ ac internâ illustratione soleat juvare (de quo forsan in sequentibus) ita ut iunquam aliquem diu relinquat sine aliqua ejusmodi cogitatione, cum es hæc gravissima sit, statim hominem obligari seriò ingenium suum intendere, ut possit veritatem cognoscere, quod si faciat: Deum ulterius occursum, si itaque illi stimuli ab auctore Naturæ de Numinine aliquo inditi semper cum sacro quoddam horrore ac veneratione immittuntur tanquam Entis alicujus summæ auctoritatis, cui subsamus & a quo in omnibus penderimus, maximè intererit non negligere illam vim ollicitantem, ulterius instare & inquirere, imo totum illi Scrutinio sece

fese impendere, nec negligere quod Deus urget, qualis neglectus procul dubio non absque culpā, sed peccatum est. Secundò, quis tam absurdus, ut illam comparationem quam instituit Lucroniensis ille Philosophus, admittat? nam posito dubitationem occurtere eo modo quo Arriaga vult de Numine, subrepere cogitationes undecunque immisas, de Deo, num non magis intererit ulterius de hac re inquirere, quam quo modo arbores crescant, aut utrum Stellæ paros sint vel impares, cui bono enim hoc poterit? cum prius vel maximè ad vitam recte instituendam conferat, Deo actionum nostrarum Horizonte, ipsoque hominis fine. Quam crudum denique est tertio talia discutere non pertinere ad me, nec esse utile, quasi ad hominem ad creaturam rationalem non spectet agnoscere Dominum, non utile esset in illum, qui manibus contrectari potest, ad præceptum Apostoli inquirere. Impietatem addit denique Impietati dum concludit, dum dicit, talem ignorantem Deum non promeriturum per illud factum poenam æternam, sed temporalem tantum, gravem admodum, quo à Republica sufficienter punitur furtum, quatenus est contra illam, vel virgis vel suspendio, aperte contra Apostolum 2. Thess. 1. v. 8.

XXIII.

Religiosior est circa tractationem hujus questionis, quamquam in quibusdam etiam cespitet, Blasius à Conceptione Carmelita excalceatus, productis namque Scripturæ testimoniis, Patrum autoritatibus, & tandem aliquot rationibus, Gonzalem, Granadum, Montesinum & Alvarrem laudat, nobisque ομόψυχο Molina opinionem & argumenta expugnat, adde Collegii Anglicani Professorem Leodii, qui hæc habet: Dico, neminem diu habere posse invincibilem Dei ignorantiam: quamvis enim ad breve aliquod spatum contingere possit, ut ad hoc non reflectat, sicut nec interdum ad prima juris naturalis principia, ut, bonum esse faciendum, malum fugiendum &c. hæc tamen inadvertentia, moraliter loquendo, diu persistere non potest, tum quia hoc tam perspicuum est, ac veluti naturæ insitum, ut nullus rationis compos, vel ex rebus quas intuetur, moveri nequeat ad illud cognoscendum.

XXIV.

Arminianorum tergiversatio circa hoc punctum jure notatur, dicit Paulus, *Invisibilitas DEI intellectu conspici & per ridenti, illi latere illa involuta, & argumentis rectis rationis plus obnubilari, laudat Apostolus*

olus *mīmālā*, ut medium deducendi in Existētiam Numinis , rejiciunt illi illud , & aliud nempe *īawmā* *īyrmālā* substituunt, parum soliti de latitudine objectiva , reverentia Apostolicz informationi cibitā.

XXV.

Supersunt Orthodoxi ab intentato crimen liberandi. Non autem ex assertione notitiae insitae deduci posse demonstrationis possibilis debet, siudent sequentia, nam I. *Albertus Magnus*, Episcopus quoniam Ratisbonensis magni nominis Vir inter Pontificios, DEUM existere, docuit, esse per se notum, & tamen demonstrari posse à posteriori instanter affirmavit, teste Vasquezio, part. 1. disp. 20. c. 3. §. 6. II. Si imma principia possunt negari, & in tali casu aliquo modo demonstrari, ut quidem exemplo confirmat Arriaga, quod audiverit Philosophus et boni ingenii, qui dixerit, *infinitum Categorematicum esse possibile*, tamen aliqua pars ejus aufferreretur, reliquum mansurum tantum, iustum ante erat totum ipsum infinitum, quod contra principium videtur, totum est maius sua parte, uti consimilia satuitatis specimina in istore illo, qui se falsò nominat Christianum Israëlitam, apparent, iisque etiam non obstante, quod per se notum sit DEUM esse, ab Effectu ad causam progrediendo, vel ad absurdum quoddam immundus inducendo, in consimili casu demonstrari poterit, esse aliquem qui ληρωτή καὶ ποιητὴς πάντων, ut ex Aristotele deducit Scaliger Exer. 365: 3. 4. III. Optandum utique esset, non eousque assurgere hominum alitiam, ut fatigare necessum esset argumentis hanc impietatem redundantibus adversarium, verum cum ipse Paulus, præsupposita notitia insita, acquisitam ex ποιησαι Universi suppeditet, & Creaturarum timorim contra iniquos Lipsani sacri possessores urgeat, concludendum est potius hæc conspirare, quam sese mutuò everttere. Observamus ergo discursum nostrum notabili sententia, quam habet Laeti oris Pater, lib. 1. de falsa relig. c. 2. *Nemo est tam radis, tam feris vibribus, qui oculos suos in cælum tollens, tamen sciat, cuius DEI proleniens regatur, hoc omne quod cernitur, aliquam tamen esse, non intellet ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione, nec possit fieri, quin id quod mirabiliter ratione constat, Consilio Majori aliquo sit instrutum.*

EXERCITATIO V.

DE NOTITIA DEI CONTRA ATHEOS.

Th. I.

Dari Atheos; & Scriptura testatur, & tristis confirmat Experientia: illa quidem, dum passim eorum mentionem injicit; *Hec vero*, dum ejusmodi moastra hominum carcinomata & vomicas, cœtibus saniorum & fidelium adhærescentes, luculenter prodit & manifestat.

II.

Princeps Idumæus, felicitate Impiorum querulo ore præmisæ, ἀριστοτελεῖ graphicè exhibit c. 21. v. 14. & 15. c. 21. v. 17. Dixerunt DEO: recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus; *Quis est omnipotens, ut serviamus ei?* & quid nobis prodest, si oraverimus illum? Succinit entheatus Rex David; Exacerbat, inquit, Dominum peccator, secundum multitudinem ira sua non quares; non est Deus in conspectu ejus, iniquitate sunt via illius in omni tempore: dixit enim in corde suo, oblitus est DEVS, avertit faciem suam, ne videat in finem; propter quid irritavit impius DEV M, dixit enim in corde suo, non requiret. Psal. 10. v. 6. 11. & 13. & Psal. 14. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Paulus, gentium Apostolus, Ephebiis objicit c. 2. v. 12. quod fuerint ἀθεοὶ οἱ τῷ κόσμῳ, viuantur loca 1. Cor. 15. v. 34. 1. Thess. 4. v. 5.

III.

Testis temporum Historia Pomponiatum, Perezium, Rablefium, Machiavellum, Hakatum, Petrum Aretinum, & inprimis Iulium Cesarem Vaninum, Tholosz ob Atheismum Anno 1619. combustum, hujus accusat furoris; *Italiam* infestavit jam pridem hoc malum, teste Petro Martebo in historia Henrici IV. lib. 7. narr. 2. §. 8. In Gallia tam latè grassari hanc pestem Mersennus testatur, ut etiam solum Lutetiaz Parisiorum Ao. 1623. ad 50000. fuerint numerati; *Belgium*, ut sentina est Religionum, ita stabulum profanorum, ad quod configunt passim ob ἀριστοτελεῖ nativo expulsi solo, hanc scabiem etiam sanioribus affricantes, ut de eo conqueritur Franciscus Junius & alii. Nec Anglia immunis est ab hoc vitio, accusante hoc nomine illam Iohanne Caso, Professore Oxoniensi; nec dubium, sub Independentismi moderni Imagine quamplurimos latere, qui unum illud Ens independens non agnoscunt.

IV. Si-

IV.

Sicut autem illi *βέβηλοι* sibi ipsis fingunt imponuntque nomina, imprimis in Gallia dicti *de grues*, quod non facile fallantur ut grues; *Espirits forts*, quod induruerint in formam nil credendi; *Gens de Service*, quod maximè aptiaulis: Ita doctiores ex illis Sectam istam Cyclopicam libellis partim manuscriptis, partim Typis excusis, non nisi flammâ illuminandis, obfirmare satagunt. Fecit hoc olim *Poggius Florentinus*, *Cæsar Vaninus*, *Hieronymus Cardanus*, Itali; *Lucifuga* quidam in Polonia, edito libello sub titulo *Simonis Religio*, incerto Autore, Cracovia Anno 1588; *Tenebriones* quidam in Gallia, quorum libri publicè de hoc nefario arguento Anno 1582. Vulcano consecrati fuere Metis, teste *Pietro Gregorio Tholosano* Tom. 3. Syntax. art. mirab. c. I. p. 3.

V.

Atheos itaque esse quainplurimos εξαγώνων; Verum quales sint? & quo usque eorum assurgat impietas? controversum esse videatur. Aut enim consideratur αρχότης ratione Objecti, aut ratione gradus, ut denique ratione durationis: *Si primum*, cum DEUS obversetur nenti humanæ vel ratione Existentiæ, vel ratione Providentiaz, quidam altem feruntur contra illud regimen Universi, & negant Deum esse puritatem mali, & remuneratorem boni; quidam eo usq; progrediuntur, ut etiam ipsam existentiam vel negent, vel malitiosè impugnent. *Prioris generis* plerique sunt Athici practicè tales, quanquam etiam theoreticè hic eccetur; *Posterioris generis* speculativi dicuntur, quos utut vestiat quanloque vita civiliter honesta, merum tamen id est glaucom & scedissimæ nentis teotorium: *Si secundum* attendatur, magna occurrit Atheorum varietas; quidam enim talia vel admittunt vel ipsis fungunt, quibus vertitur vera de DEO notitia, quo sensu Vorstio atque Phoriniensis à quisdam Theologis impactus est Atheismus; quidam directè se DEO opponunt, & vel omnem è mente eradicare Numinis sensum amittunt; vel apertè negant, esse aliquod Ens summum; vel etiam plausibilibus iubusdam rationibus & speciosis argumentis Dei existentiam evertote, & Atheismum Professione publicè stabilire laborant, in quo nefando opere cum duodecim sociis defudavit notorius ille Atheorum Cæsar Iaius Cæsar Vaninus; quidam cultum divinum negligunt, vel in specie talem, i. e. ad revelationis principium amissitatum, qualis Atheus fuit Julianus Ipostata; vel in genere omnia Exercitia religionis vilipendunt, & cul-

M

tum

tum etiam Numinis ex naturæ lumine obligationem docentem qualem cunque rident, quales fuere Lucianici & Epicureus omnis, parcus Deorum cultor & infrequens. *Si tertium*, aut continua intelligitur duratio, aut per intervalla distincta: *Si prius*, consummatus Atheus planè ille dicitur, qui in horrenda illa opinione fixus perseverat; qualis forsitan ille *Nobilis Italus*, qui per omnem vitam Atheismum professus, tandem sclopeto trajectus in civili bello Gallico, inter animæ eluctantis suspiria non Deo, sed Regi se commendavat; *Si posterius*, Atheus is est, qui per aliquod tempus DEUM abnegat aut blasphemat: licet intercurrae Menti aliqua in melius mutatio, aut etiam perseverantia finalis desit, ut de Machiavello refert *Marchanus ex Stephano Binet*, quod scrupuli conscientiz, ob metum damnationis jam imminentis, continuationem Atheismi, quamquam sine victoria, interciderint, videatur ejusdem *Horus Pastor.* c. 6. propos. 2. p. 21.

VI.

Primi generis Atheos, practicè scilicet tales, & in providentiam divinam injurios, notavit Psaltes Regius, locis supra laudatis, ita enim ad v. 11. & 13. *Arias Montanus*:

*Sic secum: superos aut latet, aut nibil
nostrum sollicitat, cunctaq; negligit
FORTIS, non oculos vertere ad infimas*

terras perpetuo volet. Et paulo post:

*Nam quid sancta Dei numina providi
Infandis violat vocibus Impius,
audet dum tacitus dicere (prob nefas)
se curare hominum nibil.*

Ad verificulum verò Psal. 14. primum:

*Demens corde ferox sic statuit suo
Nullus nam est homines qui videat Deus:
hinc corruptio morum.
hinc nullum studium boni.*

Confirmathanc interpretationem tum vox וְרָאֵת, tum vox רָאֵת, quafcum prior D E U M ut gubernatorem & judicem fistit, circa quem erratur, posterior autem volitionem & desiderium intimat, videatur 2. Samuel. 21. v. 16. tum Paraphrastes Chaldæus, qui verit: Non est potestas DEI in terra.

VII. Redic

VII.

Recte itaque Simeon de Muis Aurelianensis, Archidiaconus uestitionensis ad hæc Verba: Non est inquit, hic יְהוָה quod Deum, ut pri-
um ens, seu ens entium, sed אֱלֹהִים, Elohim, quod Deum, ut Judicem ac
iubernatorem, significat: quasi velit dicere, non inveniri quidem, qui
Deum esse insificantur, sed esse quam multos, qui negent Deum curare
regeret res humanas, bonis præmia largiri, scelera vindicare: atque
lcirco eò excrevisse hominum malitiam, nihil ut jam vercantur pecca-
ta, sed libenter, neque pecuniam metuentes in omnia vel maxime dete-
anda scelera se projiciant; & ne unus quidem eorum virtuti studeat.

VIII.

In secundo genere Atheos intensivè tales perstrinxit Jobus
terris superba adductis, ad quæ Balb. Corderius tandem hæc subjicit: Hæc
interrogatio est illorum, qui Deum ignorant, aut certè non credunt,
im curare hæc inferiora, ac proinde nullo præmio afficere bonos,
uod si est, tum cassus & vanus est omnis labor, qui in ejus cultu insumi-
ir. Nam cum promiscuè bonis accidat quod malis; imo cum bonis
ialè sit & malis bene, videtur frustra impendi, quod in cultum divinum
appenditur; quid ergo, inquiunt, prodest nobis, quod cum precibus
ostris assidue interpellamus? quæ inde utilitas? quodnam emolumen-
um ad nos redit? Tales sunt voces & affectus impiorum, qui præter
eberrimam Divinarum inspirationum repulsa eò prorumpere au-
ciæ solent, ut disertis verbis Deum respuant, seque illum neque nosse,
eque colere velle, horrendis blasphemis enuntient. Sic, ad cultura re-
sociendo Deo debitum, Paulus Ephesios vocavit Atheos, ut Guiliel-
lus quidem οὐδενι commode ὁραζόμενοι. Atheos, inquit, hic vocat
postolus, non qui nullum esse D̄cum credunt, quales etiam apud Eth-
icos infames & detestabiles erant; sed qui verum Deum ignorant;
les enim, licet multos colant Deos, revera sine Deo sunt in mundo,
e. sine DEI notitia & cultu; cum non sit aliud DEUS & verus
EUS.

IX.

Ultimi generis notabile exemplum conscientia stimulis
agitatus Cain nobis exhibet, si Targum Hierosolymitanum fidem me-
metur & suppleret creditur ωραῖον illam, Gen. 4. v. 8. ita enim fertur
ixisse ad fratrem: Non est judicium, & non est iudex, & non est sæculum

M 2

Digitized by Google

futurum, & non est justis redditio præmii, & non est ultio impiis, sub quo verborum negotio surrexit contra fratrem & inflxit lapidem in frontem ejus, & occidit eum, postea expertus judicis severitatem & conscientię categoriam, vagus & profugus factus super terram, in murorum corona præsidium salutis quærens, qui munimentum solidissimum adversus omnes contrarios impetus, Deum non peccaverat.

X.

An autem inveniantur Athei speculatori ? qui ex fixa mentis persuasione, vel negent DEUM, vel etiam impugnent eisdem Essentiam, & quidem sine aliqua interpunctione & recalcitrantis conscientię stimulo, ad extremum usque vitæ halitum ? disquiri inter doctos cœptum est, quæ enim ex Scripturis producuntur tum dicta, tum exempla, potius Atheos practicè tales, quam speculativos tangere videntur. Nostra sententia tribus hisce absolvitur propositiōibus :

1. Atheos, speculativè tales, dari certum est.

2. Athei, speculativè tales, eosque impietatis progredi possunt, ut non solum negent DEUM, sed & impugnant, quicquid de DEO vel scitur vel creditur, ut illustris Mornay hoc confirmat lib. i. de Verit. Relig. Christ. c. i. pag. 14. & calculo suo comprobat Iacobus Batelier. 3. Athei, speculativè tales, atamen nulli dantur, aut dari possunt, qui in intellectu certi sint, & fixam scientiam habeant, fictitiæ cujusdam Numinis Existentiæ, per integrum vitæ curriculum, sine ullo languore impietatis aut intercisione cogitationum istarum pravarum, ita ut penitus persuasi sint, acquiescente etiam interiori sensu & conscientiâ, non esse DEUM.

XI.

Fundatur autem hæc assertio non in essentiali aliqua notitiæ insitè ad hominem proportione, ob cuius nexus essentialis indissolubilitatem non possit everti, eradicari & extingui iste naturalis de DEO sensus, ut quidam opinantur, sed in lege communi providentia Divine, qua DEUS vult nobis inesse quendam de sui existentia typum, & conservat etiam sub Tyrannide, sub captivatione, sub cineribus legem aliquam, primitus coribus nostris inscriptam, ad quam facta referantur & examinentur, ne ille plane abolitâ, & contraria succedente notitia, in judicio divino homo

&

ſt ἀπολόγιον, teste gentium Apostolo Rom. 1. v. 19, 20. & seqq. &
Rom. 2. v. 1.

XII.

Ut ut verò omnes Athei sint αὐτοκαθερητοί, & utriusque Juris
Doctores vel lingue præcisionem, vel capitali pœnam ab Imperatori-
bus in istiusmodi monstra constitutam doceant, ipse etiam Aristoteles vi-
deatur statuere, hoc de DEI existentia problema non esse in quæstionem
socandum, Top. lib. I. c. II. attamen cum quandoque tentati sint erigen-
di, substitutis immotæ veritatis fulcris, quandoque abarcendi seducto-
res, & in ruborem dandi, atque omni impietati contranitendum, ideo-
que varii, qua intentione aut fructu? nondum disquirimus, processerunt
in scenam, ut illud monstrum Atheismi, illam Theomachiam & cyclo-
pismum expugnarent, quorum aliquot solum arma modumque dimicandi
lustrabimus.

XIII.

Gabriel Vasquez. Tom. I. disp. 20. c. 4. antequam ad rationem na-
turalēm quandam & moralem, quam format pro existentia DEI, sine ope-
roso munimento accedat, à magicis effectibus putat posse desumimoi-
vum, cuius beneficio ab Atheismo moveantur impii, illudque vocat
enescitu dignissimam: Præmittendum, inquit, illud dixi, quod à Viris
magnæ authoritatis accepi, nempe in Gallia & Anglia, ubi nunc Athei-
smus maximè viget, perditissimos homines ab Atheismo facile revocari,
hūi magicis artibus in aliis, aut in propriis, mirabiles effectus experiun-
tur, qui omnem humanam & visibilem potentiam superant: quibus co-
acti credunt, præter ea, quæ sub aspectum cadunt, aliquid spirituale & po-
tentioris virtutis esse, quo admissio, facilius in eam sententiam adducun-
tur, ut Numen aliquod fateantur: hoc enim ideo negant, quod nihil aliud
præter ista corpora visibilia esse putant: pejores quidem Saducæs, qui,
quoniam spiritum creatum, & animæ immortalitatem negabant, Deum
namen sacrificiis agnoscebant: Quare testantur viri gravissimi, eo magis
in Gallia & Anglia homines ab Atheismo detineri, quo avidius magicis
artibus student: quod nisi inter hæreticos Deus permisisset, pene omnes
am in Atheismo versarentur. *Huc usque Vasquez.*

XIV.

Thomas Campanella, Dominicanus, elati ingenii Monachus, ut etiam
appellat *Cesar Braschdarius*, Nobilis Taurinensis, in Oratione præme-
nitio-

nitoria ad Imperatores, Reges, Principes & Republicas, in Atheismū triumphato hoc cothurno incedit, ut etiam in aliis quandoque: *Esse tres primalitates, seu preeminentias, potentiam, sapientiam, amorem; Ens primum per illa tria essentiari, secunda verò Entia horum participio, & in tantum esse, cōsistere & vivere in suo quoque gradu, in quantum perseverant in eis potestatis, sapientiae & amoris radii, participationes cuiusque pro rata sua.*

XV.

Renatus des Cartes, cui non nisi proprii ingenii, spretis veterum laboribus, placuere inventa, rationem quandam evidentem omnibus reliquis obscurioribus substituisse sibi visus est, tum in Meditationibus, cum in tractatu de principiis Philosophia num. 19. quam his adumbravit verbis: Considerans dein mens nostra inter diversas Ideas, quas apud se habet, unam esse Entis summè intelligentis, summè potentis, & summè perfecti, quæ omnium longè præcipua est, agnoscit in ipsa existentiam, non possibilem & contingenter tantum, sed omnino necessariam & æternam, atque ut ex eo, quod, exempli causa, percipiat in Idea Trianguli, necessario contineri tres ejus angulos æquales esse duobus rectis, planè sibi persuadet, triangulum tres angulos habere æquales, duobus rectis: ita ex eo solo, quod percipiat existentiam necessariam & æternam in Entis summè perfecti Idea contineri, planè concludere debet, Ens summè perfectum existere; Scilicet sic:

priscisque novisque

Ignorata Auctor nobis miracula promit.

XVI.

Talis scilicet, juxta Cartesium & sequaces, instituendus est processus: Cogito, inquiero, dubito; Ergo sum: Hæc prima veritas, de rerum existentia primò cognita; eam sequitur, quæ secundo se offert ordine philosophandi; datur animus; tertia succedit: *hac mens seu animus, per quam solam sum is qui sum, est res incorporea, plane distincte atque etiam cognitu facilior quam corpus; quarta hæc est; nunc id quod in mente valde lucide & distincte concipio, verum est; difficultas autem soluta in eo est, quidnam sit quod distincte percipiamus? quâ reposita, concludit Cartesius, observavi me de multis dubitare, ac proinde naturam meam non esse omnino perfectam; evidentissimè enim intelligebam, dubitationem non esse argumentum tantæ perfectionis quam cogni-*

tio-

ionem. Et cum ulterius inquirerem , à quonam haberem , ut de matu-
a perfectiore , quam mea , sic cogitarem ? clarissimè etiam intellexi,
ne hoc habere non posse nisi ab eo , cuius natura esset reverâ perfe-
tior. Hos in Mazandros ut quis perducatur , necesse est tritam hactenus ,
quæ alias optima audit , viam relinquere , mentem ab omnibus præju-
iciis exonerare , ab omni conceptu denudare , & cunctis à pueritia hau-
tis scitorum luminibus æternas tenebras & oblivionem inducere ; Ne-
ue enim putabat Cartesius , veritatem è profundo se posse eruere ,
isi subratis veteris ædificii fundamentis , quibus olim juvenilis ætas ,
ullo unquam examine adhibito , credulitatem suam addixerat ; imò
la omnia , inquit , in quibus vel minimam dubitandi rationem possent
esperire , tanquam apertè falsa , judicavi esse rejicienda , ut experirer , an
lis ita rejectis nihil præterea superesset , de quo dubitare planè non pos-
sim ; Summatim , per dubitationem de omnibus , ad scientiam conten-
endum , juxta illius Philosophiæ restauratoris placita , hoc elogio
rnata :

Nescio quo dubitans pax o dubia omnia tollis ,

At quo ex non certis omnia certa legis ?

Certi è Atheus propriis cadit armis , & male Sextus ,

Affensum cobibens vincitur artes sua .

XVI.

Cornelias ab Hogenlande , in cogitationibus de DEI existentia , am-
æ spiritualitate , & oeconomia corporis animalis , *Cartesio inscriptis* ,
: alteratione rerum ascendit in cognitionem causa universalis carna-
m ; quod enim alteratur , concludit , non est æternum , sed in tempo-
factum ; omnis autem alteratio fit per actionem , vel motum , & qui-
æ prodeuntem à quodam agente vel movente æterno , cumque nu-
ratio æternitatem materiæ demonstret , non est talis statuenda , sed
hoc Ente creata , quæ cum sit indeterminata , creatorem suum infa-
tum esse ostendit . *Vide reliqua apud Authorem pag . 5. 6. 7. 8. 9. 212
. 23. 24.*

XVII.

Ita diversis viis , ad eundem terminum contendere videntur addu-
i Theologi & Philosophi . Verum ut , quod sentimus , ingenuè pro-
imus , nimis vel lubricum vel anfractuosum iter est , quod illi præmen-
rant , in quo varij scrupuli intercurrentes aut remorari possunt , aut re-
tro ,

trogradum facere Viatorem, ut per singula vestigia eunti patebit. Nam 1. *generatim* omnes hasce methodos grandi præjudicio onerat nimius à Gentium Apostoli signato itinere, & argumentativo processu recessus.

II. *Speciatim Vasquez y Processum p[ro]f[ess]o[r] de eius* arguit : 1. *Calumniarum & Mendaciorum aspersio*; nam Atheismum eo quidem tempore, quo ille vixit, maximè viguisse in Anglia, quô teste probat? quem virum magnæ autoritatis nominatim in hanc rem laudat? Novimus inveteratum illud Hispanorum in Gallos & Anglos odium; novimus ex historia, plures sub Henrico VIII. & Maria in rogis arsisse Martyres, quam imagos, Confessores fidei Christianæ, quam Atheos (videatur *Thuanus lib. 3. & 13.*) novimus, Gallos non obscuris documentis demonstrasse, Hispanis etiam hoc lolium abunde provenire sub Occiduo Sole, & forsitan latius dominaretur quam in ulla orbis Christiani provincia Hesperis in oris, nisi sanctissimum Inquisitionis officium, ut *Paulus IV.* moriturus illud Tyrannidis Papalis instrumentum, *Pal[io]arius* verò siccam in literatos districtam appellavit, impietatis professionem sufflaminaret publicam. 2. *Incircumscripta de Magia permissione presumptio*. quod nisi Deus illam permisisset, penè omnes hæretici versaturi essent in Atheismo; Usque enim probat acutus ille, ut vocatur, *Theologus*, hoc sine Deum inter hæreticos permisisse magiam? annon totus orbis patet Evangelicis, quos superciliosè vocat hæreticos? annon Biblia manu versant diurna atque nocturna, in quorum singulis paginis nomina & Majeſtas Numinis resplendet? annos his mediis sufficienter cœtum est Atheismo, etiam inter Anglos, posito quod sint hæretici? Scil. inag[er]e crimine onerandi sunt hæretici, ut à crimine Atheismi absolvantur, cur non omnem hæreticum Atheum vocat, quia abhorret ab Hispanica Religione, ut quidem Athei dicuntur Veneti & Galli, quia consiliis Hispanicis non pollicem premunt, & arcans istius dominationis adversantur, atque eo ornat titulo quoscumque à Pontificia sesta devios *Aurelius Possevinus* biblioth. libr. 8. 3. *Lubrica & biulea consequentia cosclusio*. Nam, posito, nexus illum mirabilium effectuum, aut in ipsius Magis, aut in aliis deprehensorum, & magicis artibus procuratorum, cum illo principio, quod speciatim ingerit, esse certum; posito, cogitales credere, præter ea, quæ sub aspectum cadunt, aliquid spirituale & potentioris virtutis esse, quo vinculo rationis ultimam argumenti effigiem corpori & structuræ integræ connectet? nempe, admisso esse spiritu-

spirituali & potentioris virtutis , admitti Numen esse quoddam in orbे ? quasi magus , præcisus cæteris in Deum deveniendi mediis & viis , non possit ultimato in dæmone paredro subsistere ? quasi Diabolus obnoxium non ita per magiam captivet , ut potius à Deo abducatur , quām à principe tenebrarum & Deo hujus mundi ad verum Numen agnoscendum & colendum stimuletur , urgeatur ?

XIX.

Sed & antecedentis cum consequente primo non est tam evidens connexionio , ut opinatur Vasquez : ex Magicis , quippe operationibus colligit quidem attentus ad illas esse effectum præstitum singularem , in autem ope dæmones sit procuratus dubitabit , eum notum sit , quid beneficio Matheſeas præprimis Optices præstari possit : Sanè Adamus Tannerus postquam se fatigasset in argumentis conquirendis pro Existentia Angelorum , agnovit tandem non esse illam evidentem vel metaphysicè vel physicè , addiditque . Hæ rationes tametsi optimæ congruentiaz sint , ad hanc veritatem persuadendam , præsertim , quæ ex gradu substantiaz creatæ spiritualis , ad perfectionem universi requisito petitur ; non tamen planè convincunt intellectum . Tum , quia harum creatio , & supposito decreto Dei communicandi se creaturis , fuit libera ; sicut & arbitriarium DEO fuit , qualem voluit perfectionem mundo tribuere . Tum quia nec jam quidem undique certum & evidens existimatuerat , Angelos esse substantias mere spirituales ; ut dicetur dub. seq. cum tamen omnia hæc argumenta eò tendant , ut non solum probent , quocunque modo Angelos esse , sed & spirituales & incorporeas substantias esse . Tum denique quia gradus Entis mere spiritualis nihilominus in DEO habiturus fuisset locum , et si Angeli creati non fuissent ; Præterquam quod fortasse evidenter non constat , eum in creatura possibilem esse . Et cum hæc viā non successisset illi demonstrandi Methodus ad noralem evidentiam configuit argumento ab energumenis petitō , quod imile illi de Magicis operationibus ; agnosceens tamen circa finem iec hoc argumentum plus quam probabile judicari à socio Gregorio de Valentia q.z punct. i.

XX.

Placet itaque illiſtris Moreni ſanius de hac via & methodo judicium , in lib. de Veritate Relig. Christ. c. 1. pag. m. 13. Legimus , inquit , qui-

N

busdam

busdam, qui non nisi visa crederent, arte magica dæmones exhibitos, his conspectis, Deum etiam credidisse. Sic *Plutarchus*, in tractatu de defectu Oraculorum narrat, Præsidem quendam Ciliciz Atheum, Deum credidisse, cum Mopsi Oraculum consuluisse, quia dæmon quæstioni obligatae respondisset: *Præposterum erat, Diaboli manus ad Deum deduci.*

"de 100 b. 14. XXI.

Campanella, magus cum dæmone forsan, quam cum DEO, intercessit commercium. Unicum, quod nunc occurrit ex lib. 3. de sensu rerum omnium, c. 10. circa finem, pag. m. 235. noto, ubi de seipso ita: Quum mali quippam mihi imminet, intra somnum & vigiliam, audire soleo votum clare loquentem mihi: *Campanella*, *Campanella*: & interdum alia verba addentem, & ego attendo, nec intelligo quis sit? At profectò, si Angelus non est, aut Dæmon, sicut Socrati afflatabat, neesse est aërem sic vociferare, turbatum mea passione futura, aut affectum à præparante mihi malum, aut ex simili similem alteram imaginantem. *En ut se prodat forex iste.* Sed ad rem. Est sanè illa Methodus, quara suo tribuit ingenio 1. *Pelagianismo vitiata*, viribus quippe rationis inædificat principia supernaturalia. 2. *Ipsa sui novitate suspecta*: Non sic ante hunc Thomam Thomas de Aquino contra gentes, non hac incelsere via Patres, Eusebius, Lactantius, Damascenus. 3. *In rei veritate infirma, nulla, nam aut vadum eminentiaz tentavit, & sic nihil novi produxit, neque ingenio suo, inventionum foecundo, gloriam aliquam hinc aucupabitur; aut tribus illis præminentius simpliciter ratiocinium suum superstruxit;* Quàm absurdè autem dicitur, Ens primum per illetaria essentiari? quæ hæc Sartago loquendi? anne D E U S essentia-
tum, hæc tria autem essentiantia? ut cum Barbaro barbarè loquamur; quî ergo Ens primum erit? anne ipsæ tres primalitates apud Atheum sunt extra controversiam, ex quibus disputat? Revocamus itaque meritò isti Dominicanò in mentem quod Thomas part. 1. q. 32. art 1. & q. 46. art. 2. monuit, cum quis ad probandam fidem Christianam inducit Rationes, quæ non sunt cogentes (de futilibus simile esto judicium) cedit in irrisione infidelium; credunt enim quod hujusmodi rationibus innitamur & propterea credamus.

XXII.

"f. 15.
De *Carcere* multi multa suspiciati sunt; Cum enim inter Ignatios educatus, Mercurium Lojoliticum profundè imbiberit, & latenter

ter sua philosophemata per Belgium disseminâit , ha^ctensisque unani-
nes etiam armarit in prælia fratres , subiit quoruadum mentes dubita-
io , num ingenuè an per insidias philosopharetur iste *ιδιογνάμων*? num
up^{ρίμελος} sua dirigeret in scientiarum reparationem , an Theologiae
jusque principiorum destructionem ? imò aperte quidam novam me-
thodum examinando , illum cum *Iulio Cesare Vanino* , Atheorum apice ,
omparare ausi , & potius calcem & lateres ad Atheismi muros erigen-
os , quam subvertendos subministrasse opinati sunt.

XXIII.

Mitiōres sunt Lojolitæ , nec planè reprobare volunt admiran-
am methodum , inter quos recentior quidam hanc Crisim edidit : Ego
mper huc usq[ue] persuasum habeo , in eo solo rationem istam defice-
, quod conceptus simplex apprehensivus cum judicio , quo rem esse
firmamus , confundatur . Itaque lubens admitto , quæclarè & distin-
è judicamus tanquam vera , non posse non esse vera , ex hoc enim solo
principiorum veritate securi sumus . Ex adverso tamen omnino
jiciendum est , ea esse vera aut ita se habere , ut concipimus , quæ sim-
ili tantum apprehensione concipimus , quantumcumque id fiat clara
& distinctè . Quæro igitur , conceptus ille clarus , & distinctus ,
em de Dei existentia formamus , sit ne judicativus , an apprehensi-
s tantum : primum si sit , fateor omnem de Dei existentia dubitandi
fam præclusam esse , erit enim hæc propositio : Deus necessariò exi-
, ita principalis ac per se nota , uti est ista : totum est majus sua parte ;
et quæ omnes contentiones super hoc institutæ prorsus inane , ac
stiles erunt logomachizæ , quæ ipsa Doctorum digladiatio argumen-
tum , terminos illos , Deus existit , non statim trahere secum judicium
dens de ista veritate , cuius nullus efficacior judex esse potest , quam
sibi cujusque mens , quæ hujusmodi judicium minimè experitur . Si nò
conceptus ille sit tantum apprehensivus , nihil profectò agitur ,
ex eo evidenter deducar in assensum , quod revera sit existens : in-
nera enim sunt , quorum termini clarè & distinctè apprehenduntur ,
a quæ tamen manet mens suspensa , an ita se habeant nec ne , uti ap-
prehenduntur : ut exemplo ipsius Cartesii utar , apprehendi distinctè
est hoc complexum : omne triangulum habens tres angulos duo-
reatis æquales ; ignorari tamen , an ita sit ; ut passim ignorant ageo-
ræ , et si optimè instruti sunt , quid sit triangulum , & quid sint duo

recti, & tres anguli duobus rectis æquales, idque universa geometria nos docet: ubi enim theorema propositum est quantumcumque à principiis remotum, exempli gratia; superficies sphærica quadrupla est maximi circuli ejusdem sphærae, apprehendimus optimè, at nec dum ita se rem habere judicare possumus, antequam demonstratio percepta sit: atque idem usū venit in rebus naturalibus: clarè & distinctè apprehendimus creaturam æternam, quod creatura sit ens ab alio factum, æternum sit essendi principio carens, nondum tamen ex eo judicare possumus, eam esse possibilem vel non possibilem. At, inquires, ex idea trianguli saltem judico evidenter illud esse possibile: ita sit; non tamen ex eo, quod ideam apprehensivam habeam, sed quod rei tam simplicis sit, ut secum continuò trahat judicium de possibiliitate, seu quod in sui natura non implicet esse, & non esse. Hæc igitur quoad hoc punctum summa rei est, fallaciam argumenti in eo sitam esse, quod ea quæ judicio evidenti convenient, tribuantur apprehensioni simplici.

XXIV.

Quicquid autem sit de Cartesia, qui, ut Herostratus ille, ex facibus ardentibus, Diana Ephesina templo illatis, nominis perpetuitatem consecutus est, conquerentibus quam multis Batavis. Displacet in illius methodo. I. Imperata omnium notionum deletio. Remoram quidem scientiæ injiciunt præjudicia, verum non omne intus existens, ante acquisitionem alterius, infami isto nomine insigniendum esse ducimus; si de omnibus dubitandum, annon etiam de hoc ipso effato Cartesii erit dubitandum? Icepticismo plenis introducto; si omnia quæ minimam dubii speciem habent, ut falsa sunt removenda, annon etiam prima principia, sub hoc colore & prætextu eliminata, viam sternent Libertinisino, statuendi quidlibet de quolibet? Si omnes notiones ex albo mentis nostræ expungendas, annoī illa, trabalibus quasi clavis fixa de Numinis existentia notitia captivanda & subvertenda erit? annon vis naturæ inferenda, Atheismo ad spatiū aliquod temporis voluntariè introducto? ut quidem non veretur admittere Cartesius, gentiles autem eo nomine accusare Apostolus Romi, 18.

XXV.

Reponunt quidem Adversarii i. quod si non licet se præparare ad certitudinem, quâ fiat, quod Catecheses in Scholis & Ecclesiis approbentur, in illis enim nihil judicari aut concludi, antequam præcesserit

serit quæstio. Quæstionem autem à conclusione non aliter differre, quâns dubium quid à certo, unde etiam adverbia dubitationem significantia *an-*
num, *utrum*, & cætera, quæstionibus præfigantur. 2. Dubitationem il-
lam non esse temerè seu absque causa & ratione susceptam, quasi per
evitatem & inconsiderantiam de rebus maximè ponderosis ambige-
rent; omnem enim illorum dubitationem ratione suffultam esse, inò
nihil aliud, quam nudam, hoc est, sine assensu aut dissensu consideratio-
rem rationum dubitandi, sive causarum, propter quas dubitare possu-
nus, quamdiu non habemus indubitata veræ scientiæ fundamenta.
Non auferri quod differtur, moram istius fluctuantis animi esse bre-
uem, admitti illam non sine magno nostræ perceptionis commodo,
iuxta illud:

Differ: habent parva commoda magna mera.

XXVI.

At malam causam hæc qualiacunque juvare non possunt, falsum enim
inter omnem quæstionem & responsonem ad illam, intercurrere
ubitationem. 2. Catechista si quærat, de capitibus Christianæ Reli-
tionis, & catechumenos responderet, quis dubitat? an catechizans, an
catechumenus? non hic, quia categoricè responderet, affirmat vel ne-
at explicitè & directè quæstionem propositam, non utitur particu-
li dubitationem significantibus, *an*, *num*, *utrum*, &c. an verò catechi-
sus, hic enim quærat, hic adverbii istiusmodi præfixis suos sermo-
nes coronat, egregium verò Catechistam, qui non sit certus de Religio-
ne nostræ capitibus, à puero erudiendus, serenandus, informandus!
Adverbiorum istorum usus non est ille solus & unicus, quem sibi fin-
t Hyperaspistes Cartesii, nec quæstiones eo fine semper forman-
r, ut per dubitationum reciprocos æstus fatigentur ingenia homi-
um, posset Catechismus theticè proponi absque quæstione, verum
incumbat ministris inquirere in profectus suorum, ideoque per
quæstiones res agitur, nec de objecto interrogationis dubitat inqui-
ns, sed de subjecti rogati profectu est follicitus, neque de hoc dubi-
us semper, neque A&us hic est disceptatorius, sed informatorius,
si sit per simplicem notionum introductionem, vel confirmatorius
et ulteriore deductionem. Relatio hic intercedit non dubitan-
ingenii, & dubitationem tollentis Philosophi, sed Præceptoris
discipuli, docentis & discentis, de quo ipse Aristoteles dicit τὸν μα-
γιστρον

Γάρ οὐτανέπειν. Quod 2. temeritatem removere volunt ab ista dubitatione , in materia de existentia Numinis , non militat ; Quisquis enim voluntariè dubitat de Deo , & mente in ab isto typo impresso denudare satagit , temore dubitat : falsum insuper , considerationem rationum dubitandi , esse ipsam dubitationem ,anne , qui rationes considerat Athorum Theologus , de Deo dubitat ? num illorum schema induit? num ipsi objecto , de quo controvertitur , assensum non accommodat , aut assensum vel dissensum suspendit ? Falsissimum autem , non haberi dubitata veræ de Deo scientiæ fundamenta , principia , rationes . Tertiam exceptionem limitatio ex Schneidemino ad Inst. lib. 2. tit. 24. §. libertas . adjecta subruit , nempe verum esse illud Jurisconsultorum , nisi sint tales actus , qui habent certum & limitatum tempus , & ubi possit alii cui imputari mora aut culpa ; pro omni enim tempore ad DEUM cognoscendum & colendum obligamur ; nec sequitur , moram istam dubitationis esse brevem , ergo licet : nam posito antecedente , (quod quomodo de quibusvis ingenii dubitabundis verificari possit ? merito dubitamus ; ipse etenim Cartesius per novennium dubitavit) etiam ad minimum temporis peccare non licet , peccat autem , qui etiam ad minimam moram sensu Numinis sese abdicare voluntariè nititur : injurius est in conscientiam & DEUM , præscindit sibi ipsi viam ad infinitum illud bonum , & Diabolo causam & occasionem sese subiendi , atque ad *ἀθέοντα* traducendi perseverantem abundè subministrat , neque finis intentus cohonestare illam dubitationem potest , nempe ut firmior postea illius veritatis assensus habeatur , anne enim fœdi mores invehendi , ut bona leges crescant ? an facienda mala , ut eveniant bona ? annon istorum *καὶ πατέρων ἐστιν*, teste Apostolo , Rom. 3. 8.

XXVII.

Transparet 2. in illa methodo : novaturientis ingenii vanitas . Rationes enim & argumenta quantacunque ab omni 2vo Theologorum vilipendendo , propositum ut unicè solidum jactando , quid agit Cartesius , & cum eo Claubergius , p. 135. 136. quam ut etiam Paulo , harum subtilitatum ignaro , & ex universi hujus fabrica ad Architectum contendenti dicam inscitiz scribat , causæ malè actæ accuset , & Spiritum Sanctum negligenter cuiusdam arguat , talia non infudenti gentilium Antimacho . 2. Posito , nullam fuisse rationem convincentem , antequam *ὑπηρέτα* sua eruditio orbi communicavit Cartesius , annon ab omni

zvo, usque in beatum hoc Cartesii seculum, Athei & gentiles ita fuerunt excusabiles? annon sufficienti testimonio destituti? contra clarissima Apostoli effata Roman. i. v. 19. & 20. Actor. 16. v. 17. 3. Jactata videtur potius istud argumenti inventio, quam probata, quid si furtim istam sublegisset, & alio colore incruxasset; Sanè ovum ovo non est tam simile, ac Cartesii ultimus nervus *argumento Anshelmi*, DEUS est id, quo melius excogitari non potest, sed id quo melius excogitari non potest, nequit esse in sola cogitatione, sic enim non esset melius, id enim melius est, quod in cogitatione, & in re ipsa est, E. Deus est in rerum natura.

XXVIII.

Occurrit tandem 3. in ista methodo: ipsorum principiorum infirmitas; Cogito, inquit, Ergò sum, quis dubitat citra hoc Ratiocinium, cur non etiam sic: sentio, Ergò sum? quid si quis negaret te cogitare, quemadmodum tu omnia pro falsis habenda esse, aut habebi posse censes, argumentis à sensuum fallacia, demonstrationum Geometriarum errore, & somniorum verisimilibus ludibriis deductis. Ied transeat hoc. Pergamus ad alterum. E. sum Substantia, cuius tota natura sive essentia in eo tantum consistit, ut cogitem; itane corpore ares? itane pars non est compositi nervorum, ligaminum, membrorum, & ossium structura? sequiturne; sentio, Ergò sum sensus; vivo, Ergò sum vita. Lustremus reliqua; Omne id, quod valde dilucidè & distinctè concipi ebam, verum esse deprehendi. Qui sic? putavi veritatem non considerare in nostra perceptione, sed obiecti cum intellectu proportione, gratum luminis esse accidens quoddam veritatis, non illius fundamentum: uid si desit alicui objecto etiam verissimo lux illa concipiens? quid si uis non sit aquila in nubibus, ut perspicax noster Philosophus, anne ropterea id, quod non dilucidè & distinctè concepit, esset falsum? quid nostra scientia nisi umbra in Sole? quam paucā dilucidè & distinctè compimus, Ergò illa falsa, consule libr. Sap. cap. 9. v. 13. & seqq. Sed tandem concludit: *Dubitatio signum est imperfectioris mea. E. perfectior aliqua datur natura, à qua mea penderet, illius perfectioris natura idea in me est perfecta. E. DEVM existere necesse est.* Scilicet hic est Labyrinthi ille terminus, sic circumducendi erant, qui Deum palpare possunt, tene Apostolo Actor. 17. v. 27. admissio, (quod nihil novi) ex imperfione Entis creati, colligi posse ens quoddam esse vel existere perfectius?

etius? qui & antecedens, & connexionem ultimæ ratiocinationis confirmabit? An Dei Idea in homine perfecta est, cuius ne quidem idea in illo est, ut evicimus disputatione secunda, an cuius ideam in monte circumfero, confessum existit & quidem necessario? sic Arithmetici ulterrius non divites in numeris, pauperes in loculis erunt, sed somnando aures montes, concipiendo signati argenti ingentem numerum Crasso de divitiis controversiam movere poterunt, nummosque quos fingunt sibilante populo in Arca præsentes contemplari.

XXIX.

Quæ de essentia summa & existentia necessaria nexus prodit, jam pridem sunt vulgata à Doctoribus Pontificiis, nempe existentiam esse de essentia subjecti in propositione illa, *D E I S e s t*, ergò necessariè existit; Exemplum autem quod producit, utut quodammodo adhiberi possit, in processu tamen ab essentia ad existentiam in comparationem Numinis venire nequit, cum triangulum existere necessarium non sit, consentiente toto Philosophorum choro.

XXX.

Sed age admovehas machinas omni mentis nisi Atheis, anne credis illorum pervicaciam te expugnaturum? argumentare, cogitando, ideas resum in me habeo, ac in primis ideam Entis perfectissimi & infiniti, Ergò illud existit; annon confessum Atheus reponet: præpostere agis Philosophie, debuisses ab objecto incipero, cuius loeo ideam, nubem pro Junone substituis; præsupponis, tuâ in mente radiare ideam perfectam Entis perfectissimi, nego verò tibi, illam esse istius capacem, sint ut cunctæ istæ res, quarum ideas habere te dicis, ab alio, anne confessum ab Ente quodam perfectissimo, infinito, incomprehensibili? neque enim idea tua talis est; inverte rotam, & benigniore me compieres in attentione, quam si me istis Socraticis involvere annitaris nubibus.

XXXI.

Fuerit itaque *Renatus des Cartes*, Brutus literarius authoritatis exuens tyrannidem, Repumicator mentis, subtilitatis terebra; subverterit, Clarissimo *Gilio teste*, veterum omnium & recentiorum ingenia, & in *Mathesi* præstiterit, quod vires humanae mentis videtur superare: dissolverit quicquid olim habitum fuit *ālūmī*, in hoc tamen negotio Atlantem, aut alterum quendam Eliam non sese eruditō Orbi præstitit. Nec æternitati pinxit, admirator *Cartesii*, *Hogę-*

andus; ut ut enim alteratio concedatur inducere in cognitionem causæ universalis, quod non nuper iste è cerebro suo emulsius, sed recoxit; quanquam si ex speciebus Motus ducendum argumentum, illustrius forsan peti posset à Motu locali, qui magis evidens, imò Cartesianus vel solus ille, qui omnia in naturæ theatro conficit; nondum tamen videmus, quomodo ex indeterminatione materiæ creatæ præcisè infinitudo causæ primæ derivetur? cum conditio determinata ad certam corporis speciem, materiæque signatæ individua dilucidius forsan D E U M arguantur et que ista universum hoc spatiū indeterminatum, ut periculose loquitur, complens indeterminata materies.

XXXI.

Missis hisce, Scripturæ, Patrum priscorum, & sanctorum Philosophorum ductum sequi, præ anfractuosis & implexis istis Meandris, iobis allubescit; Verum & hic aliquis delectus habendus, ducuntur nōn argumenta ex motu, ex rerum contingentia, ex fine, ex analogia, quam debent habere omnia entia cum aliquo maximo Ente, & omnia bona, cum aliquo maximo bono, ac rerumpublicarum constitutionibus, observationibus, mutationibus, in quo arguento operosus est præ aliquis *Adamus Conzen* lib. I. Polit. c. 9. 10. 11. 12. 13. quæ tamen omnia, ne nimium excrescat nostra dissertatio, in medio hac vice relinquimus.

XXXII.

Solidissima autem argumenta suppeditant in hac materia, nostro iudiciorum. 1. *Creaturarum speculum*. 2. *Conscientia testimonium*. 3. *Vnanime gentium & popolorum suffragium*. Hæc enim Spiritus sanctus sibi adoptavit, hæc contra Atheos præ omnibus aliis elegit & institucavit.

XXXIII.

Primum igitur quidam sub hac forma proponunt. Quicquid habet esse suum ex nihilo, illud necessariò ab alio productum est, quod producens est increatum & prima rerum causa. Atqui totum hoc universum, series illa omnium corporum, habet esse suum ex nihilo, & illud necessariò ab alio productum est, quod producens est increatum, & prima rerum causa.

XXXIV.

Majoris connexio est firma; ex nihilo enim habere esse, & productum esse per creationem, coincident; in hoc enim creatio &

O

gene-

generatio sibi invicem contradistinguuntur , quod hæc contingat ex aliquo, illa aliquid molitur ex nihilo. Increatum autem esse illud ens producens, & primam causam, evidens est tum ex processu in infinitum non admisso hoc , secururo , tum ex ipsâ creationis eminentiâ , infinitam vim & consequenter increatum principium argente.

XXXV.

Minorem confirmat potentia illa contradictionis ab esse ad non esse , finitudo , & intimè omnibus adhærescens imperfectio.

XXXVI.

Amplexi sunt hoc argumentum entheati viri, Paulus & Jobus, ille quidem Rom. i. v. 20. quorum verborum exegesin disp. 3. præmisimus, hic verò ita provocans adversarios cap. 12. v. 7. 8. 9. Interrogajumenta, & docebunt te , & volatilia cœli , & indicabunt tibi , loquere terre , & respondebit tibi , & narrabunt pisces maris , quis ignorat , quid omnia haec manus Domini fecerit ? Ad quæ Balth. Corderius hæc addidit : S. Gregorius Nyssenus præclarè exponens illam sententiam ait , ævum , hoc est , omnia quæ in ævo seu in omnibus spatiis ac intervallis durationis facta sunt , dedisse Deum cordi humano ad bonum , ut per magnitudinem & pulchritudinem creaturarum contemplemur eum , qui fecit illas. Itaque S. Basilios Hom. i. in Hexaëmeron mundum eleganter appellat διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν , commune quoddam animorum auditorium , exedram sapientiæ , ubi admirabilia doceantur. Quem opinor fecutus Pisides in Hexaëmeron χολὴν κτισμάτων , creaturarum scholam nominavit. Atqui nihil est in hâc rerum universitate tam minutum (ait Aristotles lib. i. de partibus animalium cap. 3.) tamque vile aut abjectum , quod non cum ingentem in animis nostris sciendi pruritura excitet , tum vero in stuporem nos rapiat , & auctoris sui commendationem. Et quod Heraclitum Tarentinum dixisse ferunt , cum in casam quandam furnariam divertisset : Introite , sunt hâc etiam Dii, hoc in minimis etiam naturæ operibus sentiendum , in quibus multiplex radius divinæ perfectionis elucet. Confirmat discursum hunc Philo lib. Sap. c. 13. v. 1. seq. cuius hæc sunt verba : Vani sunt omnes homines , in quibus non subest scientia Dei, & de his , qua videntur bona , non potuerunt intelligere eum , qui est , neq; operibus attendentes agnoverunt , quis esset artifex , sed aut ignem , aut spiritum , aut citatum aerem , aut gyrum stellarum , aut nimiam aquam , aut Solem & Lunam Reatores orbis terrarum

Deo

Deos putaverunt. Quorum si specie delectari Deos putaverunt : sciens quanto bis dominator eorum speciosior est. Specie enim generator hac omnia custodivit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt : intelligent ab illis, quoniam, quibac fecit, fortior est illis : à magnitudine enim species & creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Eruditè bic Hugo Grotius : Mundus ipse loquitur, teste Plotino, Deus me fecit. Facilius est ex summa ita bene congruente agnoscere unum ejus summæ opificem, quam omnes naturæ partes cognoscere, astrorum cursus, causas ventorum, & maris æstum, & terræ motum, & eorum quæ *metempsychos* dicuntur, animantium naturam, generationem, partes earumque usum, arborum, herbarumque & metallorum, gemmarum, lapidum proprietates, quæ vel singula immensi sunt laboris. Diduxerunt id Patres, Arnobius, qui ita colligit: Quisquamne est hominum, qui non cum istius Principis notione diem primæ nativitatis intraverit, cui non sit ingenitum, non affixum, imò ipsi penè in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse Regem, ac Dominum cunctorum quæcunq; sunt noderatorem? ipsa denique hincere si animantia muta possent, si in lignarum nostrarum facilitatem solvi, imò si arbores, glebæ, saxa sensu animata vitali vocis sonitum quirent, & verborum articulos integrare; ta non duce natura, & magistra, non incorruptæ simplicitatis fide, & intelligenterent esse Deum, & cunctorum Dominum solum esse clamarent? Chrysostomus, qui sequentia prodidit: De Deorum autem natura in genere, & maximè omnium rerum præsidiis primum quidem, & imprænitis opinio & consideratio est communis totius generis humani tam Græcorum, quam barbarorum, necessaria, & insita, in omnique ratione prædicto animanti innata secundum naturam absqué mortali magistro, & iniciatore, absque errore, & anfractu; Augustinus, cuius Verba totatu digna hæc sunt: Ecce sunt cælum & terra, clamant quod facta int. Mutantur enim atque variantur. Quicquid autem factum non est, & tamen est, non est in eo quicquam quod ante non erat, quod est nutari atque variari. Clamant etiam quod se ipsa non fecerint, ideo sumus, quia facta sumus. Non ergo eramus, antequam essemus, ut fieri possemus à nobis. Et vox dicentium est ipsa evidentia; Tu ergo Domine fecisti ea, quia pulcher es, pulchra sunt enim: quia bonus es: bona sunt enim: qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt, sicut tu conditor eorum, quia comparata, nec pulchra sunt;

nec bona sunt , nec sunt. Scimus hęc , gratias tibi. Et scientia nostra
scientię tuę comparata , ignorantia est , lib. ii. Confess. cap. 4.

XXXVII.

Ursē illud in subsequentibus seculis Theologi atque Philosophi.
Ita enim Thomas: Invenimus in istis sensibilibus esse ordinem causarum
efficientium , nec tamen inventitur , nec est possibile , quod aliquid sit
causa efficiens sui ipsius , quia sic esset prius se ipso , quod est impossibile.
Non autem est possibile , quod in causis efficientibus procedatur in
infinitum : quia in omnibus causis efficientibus ordinatis primum est
causa medii , & medium est causa ultimi , sive media sint plura , sive unum
tantum. Remota autem causa removetur effectus : Ergo si non fuerit
primum in causis efficientibus , non erit ultimum , nec medium. Sed si
procedatur in infinitum in causis efficientibus , non erit prima causa
efficiens , & sic non erit nec effectus ultimus , nec causae efficientes medii ,
quod patet esse falsum. Ergo est necesse ponere aliquam causam
efficientem primam , quam omnes Deum nominant. *Philosophita:* Hoc
universum aut est à se , aut ab alio , aut est productum , aut improductum.
Si est à se , est causa efficiens suipius , seque ipso prius & posteriorius , prius
per rationem causae , posteriorius per rationem effectus. Si ab alio , illud
aliud aut est à nullo , sed à se ipso , vel ab alio. Si prius ; habetur intentum ,
si posteriorius , redit quæstio : num & illud aliud sit à se ipso , vel ab alio ? sicq;
processus instituitur in infinitum.

XXXVIII.

Nulli dubitamus argumentum hoc esse efficacissimum , neque
subscribere possumus curiam Philosopho Academie Lugduno-Batava ,
qui Disp. 3. Coroll. 1. ita judicat : ex 36. argumentorum pro DEI
existentia titulis , à non nemine allatis , validissimum est , quod petitur à
testimonio conscientiæ , & nervosius eo , quod petitur ab ordine causarum ,
quia illud hominem unumquemque convincit , at hoc non vulgus , sed
Philosophos tantum , nec omnes , sed qui argumentationis istius seriem
& vim capiunt , tantum confirmat. Paulus enim r̄què hoc ac altero
de conscientiæ testimonio est usus , proposuit illud Græcis & barbaris ,
sapientibus & insipientibus Rom. i. v. 14. aliud autem est nervus ipse
argumenti , aliud modus proponendi , ut ut hic involvatur à quibusdam ,
prius tamen validissimè unumquemque attendentem constringit.

XXXIX. Pro-

XXXIX.

Progedimur ergo ad *Exceptiones*, quas ad hoc argumentum confinxit vel hominum impietas, vel quorundam ingeniorum scepticorum curiosa levitas. 1. Quidam reponunt ad conclusionem, nihil eam acere pro DEO, quia non inferat individuum unum signatum non esse actum, & posito, dari aliquam causam primam, virtute illius conclusio-
nis, non secuturum hinc esse Deum, qui sit unus, æternus, infinitus, incorporeus, sed individuum aliquod vagum, ac incertum, quod possit sso cœlum, aut aliud corpus, vel ipsa quoque fortuna. 2. Ad meum inferendi, processum in infinitum non esse absurdum, immo hunc sum esse, qui argumentum præsens evertat, quia scil. in serie infinitâ, unquam ad determinatam Causam perveniat de quâ dici possit hæc ausat, & non est causata: creationem leviter saltem, aut omnino non cognosci posse è lumine naturali, teste *Augustino* lib. II. de Civit. Dei ip. 2. & 4. ignotum itaque per longè ignorius probari, quod sit principium petere. 3. Si quis singat, præter hunc mundum visibilem esse ium, nullam connexionem cum hoc habentem, ejusque conditorem se etiam increatum Ens, distinctum tamen ab eo, qui hunc mundum condidit & gubernat, non posse hac ratiocinatione convinci. Ergo effectibus, quos nos experimur, non satis posse probari, esse unicum unum ens increatum, quod sit principium ceterorum omniū, quæ rebus existunt, sive in hoc mundo, sive in alio.

XL.

At infirmiora hæc sunt, quæ Achillem nostrum adoriuntur, quam illum prostertere valeant. Nam ad 1. *Respondetur*, i. notum esse, nne quod est, eo ipso quo est, unum numero esse, individuum autem citur, vel ratione existentia, vel ratione nostræ apprehensionis: pri-
modo nullum individuum datur, quod non sit indivisum in se, & uni-
te numerica divisum à quolibet alio; posteriori modo autem individuum quoddam vagum esse dicitur. Jam, ad propositum applicando, ut Ens à se, per medium Entis ab alio in conclusione evictum, aut accidit sub ratione existentia, & sic non potest esse vagum, sed erit signa-
m, erit usum numero, aut sub ratione nostræ cognitionis, in quan-
m distinctè non apprehenditur lumine naturæ is, qui proprio nomi-
su JEHOVA in verbo sese insignivit, & ita facile largimur, plus non ferri per rationem ex lumine naturæ deductam, quam esse aliquod Nu-

men, quemadmodum individuum vagum in genere humano dicitur aliquis homo; in genere brutorum aliquis equus, præcisa determinata significacione, quænam sint ista singularia; sicut autem ob cognitionem meam confusam, de tali vel tali animante, non sequitur, illud determinatè & unum numero non existere, sed potius oppositum, nimirum quamvis illud vagè apprehendam, tamen determinatè existere, cum alias fundare non posset meum conceptum, imperfectionem autem huic adhærere ob aliquam intervenientem causam, ita quoq; ex ipso illo confuso, de Ente à se per conclusionem evicto conceptu, colligitur determinatum quoddam & unum numero existere, imperfectionem autem adhærere mœx cognitioni. 2. Posito, dari aliquam causam primam, non consequens esse, illam esse DEUM, falsissimè dicitur: Primaenim dicitur per exclusionem omnis superioris, & summam independentiam. At summum independens in ordine Entium & causarum, nobis DEUS est: quamvis itaque formaliter causa prima & DEUS discernantur, materialiter tamen sibi identificantur, & optimè concluditur: Datur causa prima, Ergò illa est DEUS; quia præter hunc nullum aliud tale ens ostendi potest, quia illi quod summum in ordine causarum, divinitatis eminentiam tribuimus. 3. Benè esse, quod cum Diagora cœlo partes primæ causæ assignent, vel cum Epicureis fortunæ. Confestim enim repeto argumentum. Cœlum est aut à se, aut ab alio, si à se, scmetipsum produxit, quod contradictorium; si ab alio, Ergò jam non est in ordine causarum prima, insulfum autem planè est, fortunam elevare ad è ξον την causæ primæ: Annon enim illa cum casu causa per accidens coincidit, testimonio omnium Philosophorum? nulla a. causa per accidens potest esse prima, summa, independens, cùm illa omnis sit reducenda in causam per se, ut priorem, ut superiorem; & quis tam bardus, ut cœco huic Numini hoc sapientia, bonitate & potentia resplendens universum, ut μημα subjiciat? ignobiliori hunc nobilem effectum assignet?

XLI.

Ad 2. respondetur primò ad primum: In totâ illâ seriè causarum aliquam aut esse à se, seu improducibilem aut produci aliquam à se, aut ab aliquo aliâ, quam immediatè vel mediatè producit, si primum, habemus causam primam, processus in infinitum erit repagulo constrictus, illud quod nomine DEI significatur, erit evictum: à posterius, cum Esse prius sit τῷ operari, reo idè scipiam producere nequit, quia ad operationem

omnium

omnem suam necessariò supponitur , cùm supponi debent ad actionem à seipsâ terminatam , multo magis ad actionem terminatam ad rem se distinctam , impossibile erit productam illam esse ab aliâ aliquam immediate vel mediata produxit . II. P. Quirios i. p. tract. 2. disp. 13. colligit : Vel collectionis omnia Entium aliquod est sufficiens ut sit à se , vel nullum ? si primum , illud est prima Causa à se : si secundum ; ergò omne Ens distributivè est insufficiens , ut sit à se : si omne distributivè , ergò & omne collectivè est insufficiens ut sit à se , prout si omnē distributivè sit Ens , etiam , omne collectivè est Ens ; atqui omne collectivè insufficiens ut sit à se debet esse collectivè ab alio , quod sit prima Causa à se . Ergò . III. Sumamus illam totam collectionem Entium , ita usque in infinitam multitudinem excrevit , sequeretur illam collectionem esse ab alio & non esse , dependere à causa , & non dependere : dependere quidem , quoniam ita supponunt , nempè contum quoddam esse entium , quorum alterum ab altero caufatur , usque in processum infinitum , non dependere , quia vel dependet à se ipsa , vel ab aliquo extra ipsam , quoniam extra collectionem illam nihil est , ipsa enim est aggregatum universa suum intra finum impletens . Quod si afferas totam collectionem esse à se , singulas item species , singula individua ab alio , atque ita nunquam signari posse aliquod particulare ens ; quod non sit ab alio , hoc etiam rejicitur , id prædicatum essentialiter conveniens singularibus , convenit etiam cieci , seu collectioni , sicut quia ratio extensi competit omni entitatì porez , & materiali , quadrat pariter collectioni ex omnibus corporibus , & quia hominibus singulatim essentialè est esse viventem , rationem , visibilem , speciei quoque , etsi ex infinitis hominibus constat , non conveniret ; ergò si collectio illa penes quasque suas species eructa , ipsa quoque in ratione collectionis erit producta , & ab aliо : demum si quatenus collectio est , habet prædicatum essentialè non ertum in entibus particularibus , videlicet , esse impropositum ; ergo uatenus collectio est ens à se , & rerum cunctarum fons atque scaugo : igitur tandem deveniendum est ad causam aliquam , quæ cum essentiali & à se existat , & ideo infinita , & illimitata sit potentia , Numeratur , à quo universæ creaturæ recipiant ut sint & operentur . sed si insuper afferas , quamvis negari non queat dandum aliquod ens , lebitum sit necessariò existere , inq[ue]o ejus naturæ plura non repugnat .

re entia ; tamen non deduci ut aliquod ens sit à se , & improductum, nam illa entia, quæ necessariò existerent, se alterutrum cauferent : contra hoc est, quoniam causa aliqua non potest se ipsam physicè causare, ut omnes admittunt ; igitur nec eadem causa potest physicè alteram cau-
fare , à qua ipsa quoque vicissim physicè produci debeat : nam sanè ex
mutua illa causalitate idem absurdum posset , ac si semet ipsam
immediate causaret , quippe se ipsam causando fit ut prior natura
esset respectu sui ipsius , quia esset causa sui , posterior quoque esset
semet ipsa , quia esset effectus causalitatis à se progredientis ; hoc etiam
sequitur in alterna illa causalitate : ponamus leonem , & equum se cau-
fare ad invicem ; ut equus sit proximè aptus cauferare leonem , debet
præsupponi cum existentia pro priori naturæ , & causalitatis ; à cau-
fa enim solum possibili nullus prodire effectus potest : ut autem
equus existat , debet præsupponi causa unica , à qua ejus existentia de-
pendet , sine hac enim desiceret , & ejus existentia concipi nequiret , sed
causa unica à qua equus , (ex hypothesi quam sequimur) dependet , est
leo ; igitur etiam præsupponitur pro priori naturæ , pro quo equus
est proximè aptus ad causandum : at equus est proximè aptus cauferare
leonem ; ergo leo , qui est pro eodem naturæ priori cum equo , est
causativus sui ipsius , quia est causativus effectus , quem equus causa-
verit , Equus autem producit leonem , & Leo equum ; igitur leo fo-
ret prior & posterior seipso , prior quoniam causa sui , posterior , quia
cauferatus à semetipso ; ergo eadem implicantia resultat sive aliqua en-
titas se ipsam immediate physicè causet , seu detur mutua physica cau-
fitalitas inter duas entitates . Cùm igitur nihil se ipsum producere valeat,
vel duo se mutuò cauferare , tandem deveniendum est ad aliquid quod
improductum sit , & quod cætera universa producat . Hoc autem est
Deus ; nam significat hoc nomen Deus , (inquit Suarez tomo 2. Me-
taphysicæ disput. 29. Scđt. 2. num. 5.) quoddam nobilissimum ens , quod
reliqua omnia superat , & à quo omnia dependent , quod ut supremum
Numen coli debeat . Ita alii , qui vindicias pro hoc argumento para-
runt adversariis . Secundò titubanter dici & sub disjunctione , creatio-
nem non patere ex lumine naturæ , & ita ignotum per ignotius probari;
falsitatem autem pronunciati hujus egregiè ostendit Eugubinus lib. 7.
de perenni Philosoph. cap. 4. Si placet , inquit , aliquo in loco majorum
authoritatem esse , clarum est , majores nemine disceptantes , præcipue , &

Vetusissimas gentes animo adieris, mirabili consensu, tempus & ccelum
creaturn tradidisse; Ebræi, Ægyptii, à quibus didicere omnia Græci,
Phœnices, Chaldei, Poëtz, Theologique & superioris Græciæ sapien-
tes omnes, unanimitate mundum crediderunt conditum: quanquam ve-
rò modum creationis ignorarint gentiles, quanquam specialis illius ra-
tio non affulget è lumine naturæ, num scil. per simplicem emanationem
à DEO extiterit? ut opinatus est Aristoteles; num per transuitem
actionem? ut alii; num ab æterno sine novitate essendi? num in tempo-
re cum illâ? tamen sub ratione generali productionis, vel *mīmēsis* non
illucescere naturaliter, probari nequit, imò oppositum jam ex testimo-
nio adducto ostendimus. 2. In arguento producto non tam inniti-
mur creationi præcisè, ut est actio quædam DÆI illustris, quâme jussu
termino, quâm immediata oppositioni producti, & non producti, incom-
possibilitati utriusque in aliquo sub serie universi comprehenso; ex *mīmē-*
sis cum Paulo assurgimus ad architectum, ex *x̄lōq* ad invisibilia Dei,
& cùm oculis nostris influant tot corpora, tot admiranda species, quæ
necunq[ue] bonæ & potentes, finitæ tamen, imperfectæ & mutabiles de-
prehenduntur esse, itaque concludimus; A se hæc non sunt, Ergò ab
ilio, in quo & bonitas & omnipotentia cum sapientia infinita eminent.
¶ Frustra producitur *Augustinus*, Caput enim 2. lib. II. de Civ. Dei,
de DÆO loquitur, ut salutariter cognito, ad quem nemo perveniat nisi
per mediatorem Dei & hominum, hominem JESU M CHRISTUM,
neque negat, naturæ ductu possibilem assensum mentis in primum mo-
vens absolutè, sed respectu determinati solum modi, ut verba subjuncta
confestim innuunt. Sic enim, inquit, Deus cum homine non per
aliquam creaturam loquitur corporalem, corporalibus instrepens au-
ribus, ut inter sonantem & audientem aërea spatha verberentur, neque
per ejusmodi spiritalem, quæ corporum similitudinibus figuratur, si-
c ut in somnis, vel quo alio tali modo. Caput verò 4. plus non dicit,
quâm quod Deus mundum fecerit, nulli tutius credimus, quâm ipsi
Deo; quod ambabus largimur manibus, solidè autem nostram sen-
tentiam in subsequentibus confirmat, cum dicit: Exceptis Propheti-
is vocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate,
& visibilium omnium pulcherrima specie, quodammodo tacitus & fa-
tum se esse, & non nisi à Deo ineffabiliter atque invisibiliter magno,
& ineffabiliter atque invisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat;

quibus verbis *Ludovicus Vives*, *Chrysostomo* consentiens, in notis hæc robora addidit, casu aut fortuito credibile non est, factam esse rem maximi ordinis & rationis, nec aliud quām summum potuisse summi operis, aut aliud quām pulchrum, pulcherrimi parentem esse. Omnes Philosophorum Scholæ, quæ divinius aliquid sapuerunt, nihil esse, quod tam arguat, & factum esse à Deo mundum, & ejus cura administrari, consensu unico affirmant, quam aspectum ipsum mundi totius considerationemque decoris ejus atque ordinis. Plato, Stoici, Cicero, Plutarchus, & Aristotelis hac de re argumentum refertur à *Cicerone* lib. 2. de natura Deorum.

XLII.

Ad 1. Respondetur. Affirmanti incumbere probationem, fingeniti, documentum fictionis plausibilis; neque enim argumenta solvuntur per cuiuscunque figmenti repositionem, sed per probabilium rationum in contrarium militantium productionem; Num quia pueri centauros vident, in nubibus, illorum placita proni admittimus? sc. quia quis aureos montes somniat, aut cum Metrodoro infinitos in vacuo ædificat mundos, nos cum Alexandro saltum in illos tentabimus, quibus non sufficit unus, aut cum Carolo V. *Plus Ultra*, nempe in Utopicare regna movebimus?

2. Ut ut fingeni plures mundos plures possent ocurrere causæ primæ, Numinis tamen qualiscunque sensu sese abdicare nequit; quæro enim an illæ causæ primæ sint Entia à se, quibus necessariò existere conveniat, annon? *Si prius*, Ergò sunt plures Dii, & sic semper admittitur, quod sit Deus, & solum relinquuntur probandum, quod non sit pluralitas Deorum, quæ aliis sat efficacibus argumentis ex lumine naturæ petitis expungitur. *Si posterius*, omnes illæ causæ primæ reducuntur ad ens aliquod, cui necessariò existere conveniat, quod Deum dicimus; quamquam fictis etiam in vacuo quodam pluribus orbibus ad unum Deum per lumen naturæ processus possit institui; neque enim hæc mundi machina, admiranda corporum stres, & ordo pulcherrimus, solum existentiam Numinis evincunt, sed & potentiam infinitam; duo autem infinitæ virtutis entia esse, non sine contradictione dicitur aut admittitur. *3. Aristoteles* lib. 1. de cœlo c. 8. probat, mundum non esse nisi unicum numero, cap. autem 9. probat, etiam non possibile esse ut plura dentur universa. Ex sententia itaque Aristotelis non solum mundus unus est numero, sed & impossibile, ullum præter hunc esse: Quamvis

is autem posteriori thesi Philosophi, quam rationibus quibusdam pro-
pare satagit, non subscribamus, cum contradictionem non implicant;
tamen sequelæ, quam intenderat Adversarius, in antecedenti respon-
one præstruximus: duplice verò modo intelligi potest propositio illa;
ossibile est mundum aliquem esse præter hunc nostrum unicum nu-
mero, aut respiciendo actualem existentiam, possibilitate ad assertionis
robabilitatem relata: aut respiciendo non implicantiam ratione vir-
itis divinæ: *Si priori modo accipiatur, falsum est, possibile esse mundum*
liquem extra hunc nostrum numero unicum, hoc est, non potest esse
ut afferi, aliquem esse mundum actu existentem præter unicum; Si po-
teriori, in virtutem divinam in actum exeuitem ille qualis eunq; orbis re-
rendus erit, quæ non potest esse, nisi præsupposita Numinis existen-
a. Argumenta autem pro prioris negatiæ propositionis defensione,
ux vel Anaximander, Democritus, vel Empedocles aliquis produceret
successiva corruptione, naturæ in operando intentione, subsequa uni-
tis distinctione, in ipso conflictu examinare paratis sumus.

XLIII.

Concludimus ergo verbis cedro dignis *Chrysostomi* in Psal. 13. Di-
t, inquit, insipiens, non est Deus. Non est fundamentum, & quo-
modo stat ædificium? non est ædificator, & quomodo domus facta est?
on est architectus, & quis urbem condidit? non est Musicus, & quo-
modo in mundi lyra appetit concentus? non est auriga, & quomodo
statuor elementorum currus agitur? non est statuarius, & quomo-
> homines veluti quædam statuæ in mundo facti sunt? non est au-
rex, & quis velut discum aureum in mensa, Solem in celo posuit? non
t, qui ferat lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit
unam in nocte? non est qui faciat solus magna lumina, & quis accen-
s astrorum lychnos tibi in celo posuit? si non est Deus, quid facis
iis, quæ Dei sunt? In domo Dei manes, & domum Dei inficiaris.

XLIV.

Secundum argumentum, à conscientiæ testimonio desumptum,
bjungimus primo, hoc modo: Quicunque naturale quoddam
abet judicium de benè vel male factis, ille quoque habet
gis alicujus & judicis cognitionem, qui vel approbet bo-
um vel puniat malum: Atqui omnis homo habet naturale
uoddam judicium. E. Majoris connexio ostenditur per redu-

ctionem terrorum conscientiæ in aliquod principiū excitans : non enim illi possunt esse ipsius hominis , ut sponte elicientis , cum potius vicia sua obvelare , male facta excusare omnibus modis annitatur : non possunt esse à proximo ; quoties enim occulta scelerā , præcisa omni in proximum delata notitia mentem vellicant & urgent ? quoties potentia maxima omnis externæ legis vim & supplicia transgressoribus decreta elidit ? Considera Neronem , quantis fuerit agitatus furiis , quantis accensu stædis , qui tamen Seneca Moderator superior , legibus duodecim tabularum exemptus ? intuere Caligulam , minatus fuerit ut cunque ille cœlo verbis , & cum Jove contenderit obstrepens Pantomimis , tamen ubi fulgurabat aut coruscabat , caput obnubebat , sese sub lectum condebat , quam eandem timiditatem cum temerariis ministis in Claudio ridet Seneca de morte Claudi. Quid propria dicia nisi conscientiæ à superiori exagitatae indicia ? Erunt itaque à Deo justo judice semetipsum vindicante.

XLV.

Confirmat hoc Argumentum ex Regibus Sapientissimus Salomon , qui dicit . *Fugiunt , tametsi nemo persequatur , impū , iusti autem instar Leunculi confidunt , Proverb. 28. v. 1.* ex Patribus Tertullianus , qui in Libro quem scripsit de testimonio animæ præter reliqua , paulò post ejus initium : *Hinc ergo , inquit , tibi anima de conscientiâ supererit domi ac foris nullo irridente aut prohibente predicare : Deus omnia videt , & Deo commendo &c.* Si Deus voluerit . Addit : *Benedicat te Deus , tam facile pronuntias , scilicet Ethnicè quām Christiano necesse est.* Paulò post ejusmodi instinctus vel , ut eos vocat , eruptions animæ docet doctrinam esse naturæ congenitæ & ingentitæ , ait , conscientiæ tacita commissa . Quod probat , quia fuit ante litteras & Philosophiam studio aequitatem . Certè , ait , prior anima quam littera : & prior sermo , quam liber : & prior sensus , quam stylus : & prior homo ipse , quam Philosophus & Poëta . Ex Gentilibus Cicero , qui hæc habet : *Suum quemque scelus agitat , amentiaque afficit , sive male cogitationes Conscientiaque Animi terrent.* Seneca etiam de moribus hortatur , ut Conscientia porius , quam fama respiciatur : Polybii sunt sequentia : Οὐδεὶς ὅτως εἴπει ἐσὶ μάρτυς Φοβερὸς , ότε κατηγορὸς δεῖνος , οὐδὲ η κατόκχου ταῦς ἐκάστων ψυχαῖς . Nullus neque testis tam formidabilis , neque iudex tam gravis , quam conscientia , que mentibus cuius-

cuiusque infidet & inhabitat. Plutarchus etiam scribit: *Conscientia sceleris in homine tanquam ulcus deponens, totum paulatim labefaciat veritatem in tam corpus:* Huc etiam applicari potest versus Ovid. de Ponto:

Estq[ue] pars p[ro]p[ter]am quam meruisse minus.

XLVI.

Solidius est hoc argumentum, quām ut leviculis quibusdam exceptionibus subverti possit, & miramur insignes quosdam Philosophos, quorum scripta alias maximi facimus, Wittebergensem quendam & Julium deferere hoc præsidium, & cedere voluisse tam imbecilli Atheorum obverso arieti. Protrivimus autem illas in Disput. prima, ideoque nolumus dicta repetere. Hoc saltem addimus, quum fieri possit, immo tota die contingat, ut morsus conscientiae etiam vellacet hominem, ex suppositione principii falsi, non videri firmum, quod produximus argumentum, quis enim nescit falsorum Deorum cultores quoque angi, si Diis suis vel plane vel debite non littarint? fixum tamen esse, quod possumus sequentia docebunt: nam sicut non est consequens, febricitanti animam est, quicquid exhibueris, & consequenter errat etiam in cibo sapidissimo: ergo sensus amari ex amaro cibo non est sensus verus amari, ita non est consequens, remorsus conscientiae in gentili Deastris dito fallit: ergo fallit etiam in illo, qui procul est ab ista Mantis aegritudine, terrent Larvae ab hominibus conficit pueros, terrent vero spetra insolita quoque viros. Dispar itaque secundò est ratio superstitionum & Atheorum, quorum postremi nituntur illum morsum inhibere, sufflaminare, è pectoro expungere, nec tamen, quicquid vox exterior sonet, quicquid malitia interior molitur, possunt, cum qui ex praeiorum numero, possent adhibitā diligentia omnem illam functionem intercidere, & in herbâ suffocare, quam propter imbecillitatem Mantis vel neglectum mediorum admittunt. Denique annon actu contingit, quandoque deponi illum cruciatum Mantis; serenari Conscientiam aliquujus superstitionis, morsum pelli, extingui? at manet ille in Atheis quicquid moliantur. Vim itaque argumenti non laedit instantia, pendente Conscientia à Deo non saltem ut causā efficiente, sed & ut à causā exemplari & fundamento vel sustentante, vel confirmante, si bona sit, severo Judice, si mala; prioris exemplo radiante in naufragis Trojanis ad litorea Carthaginensis ejectis, qui cùm inermes inter armatos, manipulata Messem so viderent, atque de numero populo cjsusque fide du-

bitarent, nullo alio Clypeo existimarerunt se tutos & tectos esse , quām Conscientiaz bonitate DEIque providentia : posterioris delineatione emicante in eleganti Luciani commento , de Umbbris comitantibus corpora nostra in hāc vitā & apud inferos accusantibus.

XLVII.

Suecenturiamus denique *tertium & ultimum argumentum*, è Genitum consensu petitum præmissis : Quicquid enim inter omnes & singulas gentes ubique & ab omni ævo réceptum , illi utique cum veritatç convenit. Atqui esse Deum aliquem , ab omni ævo & penes omnes & singulas gentes fuit receptum. E. Egregie in hanc rem illustris *Mornaus*, Uthi, inquit, libri omnibus patent, mundus inquam & homo , ita ex horum lectione omnes omnino gentes Deum didicerunt , et si diversi diversa de eo conceperint : percurre enim orbem , ab Ortu ad Occasum , à Septentrionibus ad Austrum : perlustra mente , quotquot antecesserunt saecula : quotquot viguerunt regna : ipsa demum scrutare barbarorum sive lustra sive mapalia; ubicunq; homines inveneris , ibi continuo religionem & Numinis cultum , ibi saecorum ritus, preces denique & sacrificia reperies diversa quidem hæc & confusa, at in eo saltem congruentia, quod Deus est : Nec obstat, si dicatur hunc consensum esse particularem , plures quippe ex Philosophis fuisse Atheos , in omnibus Orbis partibus inveniri populos nulla quos tangat Cura Numinis , Cottam Ciceronianum testari multas gentes esse immanitate ita efferatas , ut apud illas nulla suspicio Deorum sit. Thomam Herbertum scribere : Quicquid Aristoteli de non existentia Atheorum , quicquid etiam aliis affirmare placuit , ipso tamen præsens nullo signo aut percontari Ratione , quicquam invenire potuit , quo argui possit SOULDANOS quibus cum versabar , vel unam religionis fuisse scintillulam , Deumve ipsum , cœlum , infernum aut æternitatem omnino illis suboluisse. Nulla apud hos cultus loca ; feriae nulla ; nullus Naturæ ordo ; nihil verecundiaz ; nihil veritatis ; Josephum Aco-stain testari primos Americæ Incolas populum fuisse Brutorum genetinon absimilem sine Rege , Lege , DEO aut ratione , II. si dicatur temerarium esse , velle de consensu populorum gloriari , quorum non omnium datur notitia , quorum de interiore Mensis sensu non constat , quorum si aliqua sint sacra in quamcumq; aliam Causam referri possint. III. Consensum non semper esse Veritatis Testimonium , posse aliquem esse communem

munem Errorem , qui semper latius serpat Veritatis in profundo deli-
 tescens professione , negare Gentes D E U M esse unum in Essentiâ,
 trinum in personis , atque in eo omnes contra Christianorum piet-
 tem conspirare , qui itaque ille tam constanter urgeri possit ? Nam I. si
Consensus gentium quantum ad hoc punctum particularis est , quia
 aliqui ex illis aliter sentiunt , Discrimen honestorum & turpium quoque
 in discrimen veniet , quia aliqui eò usque progressi sunt , ut brutis simi-
 liores quam hominibus illud oppresserint , num quia Persæ Incestus
 probarunt , Tauri inhospitalitatem , Sybaritæ Luxum , Pœni per-
 fidiam , aliquid decedit Consensi generis humani in honestatem ,
 in probationem virtutum oppositarum , nunquam Natura ita Ordini
 inhæret , quin non patiatur particulares Causas exerrare , quiu non
 Monstra in Theatro Orbis admittat . Secundò Philosophi non tam
 Deum negarunt , quam superstitionem gentilium sublimiora sapientes
 riserunt , non dubitavit Protagoras num Deus esset , sed juxta Sextum
 Empiricum Dii sint nec ne satis statuere se non posse in Exordio scripsit ?
 Anaxagoras non Deum negavit , sed applicationem stolidam Athenien-
 sium rejecit , non dixit nullum Numen esse in Orbe , sed solem illud non
 esse , sed μύδηρον ἀγέπυρον globum ignitum , Socrates cicutam non bi-
 bit ob Numinis abnegatam Existentiā , sed ob contemptum Deastro-
 rum , & quis sibi temperare potuit ? quis si Cato miratus fuit cut haru-
 spex haruspici obvius alter alterum non rideret , in tot lapides &
 ligna , aureos & argenteos , vel vilioris Materiæ Deos incidens non potuit
 stupere hominum projectas Mentes & grandem stultitiam sibilare .
 III. **Gentes** illæ quas Cotta adducit eo ipso , quo immanitate efferatæ
 dicuntur , Nirminis notitiam obtudisse intelliguntur , atque obbrutuisse ,
 ut qui Affectionibus rapti obvia non vident , sed sternunt , ut qui per phre-
 nesin aut Maniam efferati nullo honestatis sensu tanguntur , vitium itaq;
 hoc est superinductum propendente naturaliter aliâ in Complemento
 Consensus Naturâ . Herberti de Souldanis narratio nobis fidem
 non facit , quanquam si omnia concederentur , facilis ex antecedenti-
 bus esset Responsio , tumquia sat diu inter ipsos non hæsit , ut potuerit
 in omnia & consequenter etiam sacra illorum inquire , tum quia
 non si nulli ritus precandi D E oque supplicandi fuere oculis expositi
 interior Menti sensus confessim defuit , tum quia vix credibile intra
 exiguum illud novemdecim dierum spaciū , vel lingua Souldanicæ no-
 titiam


vitiam illum acquisivisse , quo deficiente' Mentis Interpretē , qui ab illis potuit opinionem de Religionē explorare. Sanè locutum fuisse excessivē Herbertum vel ex eo cognosci potest , quia dixit nihil veritatis apud illos esse , quod impossibile. Scriptor Historiæ Indicæ comparatè loquitur , non absolute de primis Americæ Incolis , ut enim & ne lege & ratione vivere dicit , ita quoque sine Deo ejusque cultu errare testatur , non autem ita vivunt absque ratione , ut nullæ stricturæ illius fæse exerant , quanquam situ quodam fœcunditas illa actionum humanarum torpescat , sic quoque colligere licet illos non destitutos omni Numinis sensu , sed luculentiore , & illustri , & forsitan non tam negasse Numen , quam non curasse , ut Cyclops ille apud Euripidem , qui non negavit Deum pluviam demittere Nivemque borsalem , sed noluit metuere eum , quia habitaculo contra Imbrem , pellibus contra frigus esset securus & adversus pluvium Jovem fæse his præsidiis posset defendere. II. Temerarium non est de Consensu gloriari populorum , et omnia Individua non numeraveris , stante enim hujus inductionis necessitate vix aliquam in physicis maximam conficies , temerarium erit terram esse gravidam dicere , aurum esse solidum , argentum ponderosum , quia omnes particulas eorum corporum non probasti ; sufficit constare de gentibus cognitis , neque ullam posse in proscenium adduci sensui illi de Deo solidè contradicentem , nec Judicium sibi de Interiore Mentis sensu rapit , qui ad exteriorem Consensum provocat , sed ex professione exteriorē tot individuorum , tot dissitorum hominum , tot in opinione aliâs divisorum de interiore sensu à natura proficidente prudenter colligit , cuius enim est per omnes populos recepta & vulgata professio id vereissimum esse ac certissimum ex Hesiodo confirmat Aeschines : Fama , ait Hesiodus , nunquam funditus perit quam populi multi celebrarint. Dea quidem etiam est ipsa : Si in aliam autem causam referri possit illa qualiumcunque sacrorum Institutio & frequentia , determinanda erit ea , parabitque confessim qualiscunque illa sit , Numinis notitiam alicujus cum illa esse connexam. III. Consensum populorum non posse semper esse veritatis testimonium conceditur , aliquando esse posse à diversum sentientibus non negatur , producimus autem non qualemcunque consensum , qui forsitan etiam multititudinem Deorum stabilire posset , sed consensum universalem ratione gentium , temporum & locorum. Quod autem natura universaliter & naturaliter confitetur , necesse est

est.

Offibile est iuxta Guilielnum Parisiensem naturam naturaliter & universaliter mentiri, hinc ipse Aristoteles ducē hāc intellexisse Philosophos antiquos scribit, nullam ex iis causā, quas nonnulli afferabant, & quā d' solam materiam revocantur, velut ignem, aquam aut aērem idoneam esse, cui rerum ortum tribuerent, verba ejus sunt: Μετὰ δὲ τούτως, καὶ ἡς ποιῶντες δέχασθαι, ὡς οὐχ ικανῶν οὐσῶν γνήσου τὸν ὄντων Φύσιν, τίλιν τὸν αὐτῆς τὸν ἀληθεῖας, ὥσπερ εἴπομεν, ἀναγκαῖομένοι, τὴν χορέουν ἐζήτουσι δέχεσθαι. τὸν δὲ εὖ, καὶ καλῶς τὸ μήπερ εχειν, τὸ δὲ οὐδὲ τῶν ὄντων, οὔτε γῆν, οὔτε ἄλλο τῶν ποιούτων οὐδὲν οὔτ' ἀκείνις εἰκὸς οἰδηπονεῖσθαι αὐτῷ αὐτομάτῳ, καὶ τύχη ποσοῦτον θετικέστατη πεῖσθαι καλῶς εἶχε. Quia nullam invenere idoneam ideo causa-ram istarum aliam inquisiverunt causam citimam. Cur enim bene, & recte hæc habeant, ex iis, quæ sunt, illa nascantur, neque terram, neque iudejusmodi vel esse causam verisimile est, vel ab illis existimatam fuisse. Sed neque fortunæ ac casui tantam rem permittere extra reprehensionem habet. Fixum itaque manet illud Simplicii in c. 38. Enchirid. Epicteti non homines modò, sed & brutes animantes & stirpes & lapides, ea denique mortalia, quæ sunt, pro suo quodque virili, ad numen respiciunt. Homines vero præter id, à Parentibus & statim à puerō ad pietatem assue-unt, & communes hominum sequuntur notiones. Omnes enim homines, tamen Barbari quam Græci, tum infinito superiori tempore, tum in omnibus aliis rationibus, Deum esse censerunt. Cui consonantilla hystostomai in Psal. 13. tractantis insipientis dictum, non est Deus, quomodo, (inquit) omnis lingua Deum nominat? falluntur ergo nnes hominum myriades, quæ Deum esse dicunt, & solus insipiens putat verum dicere, qui solus ita mentitur. Et qui quinque quidem I septem testimonia vult in testamentis evertere, per consensum reprobatur ac rejicitur, quando judicat veritas. Publicam autem totius undi linguam, solus vult insipiens evertere? Et quomodo non est verè probus, insipiens, & se ipso insipientior? Quamvis enim mundi homines de Deo diversas sententias germinaverint, nominis tamen fundatum nemo labefactavit. Hactenus ille. Communem posse obrepere torem concedimus, quemadmodum actu prospicere datur in sacris ntilium, verū ita communem, ut in diversissimas fibras se dividat, quæ origine testentur, atque obliquationem unā ostendant, sic multitudine eorum penè omnes infatuavit populos, sed tamen diversas unā semina-

vit sententias, ut nullus penè cum altero conveniret, aliis animantia, aliis porrum & corpora, aliis aurum & argentum, aliis ipsam febrem ventrisque fatus colentibus: nec locum habitura, nisi quotquot ita deviarunt & honorem Creatoris ad creaturas transtulerunt, hæc anticipatione esse aliquem Deum à natura fuissent prius imbuti, consuetudine, Sacerdotum nequitia, Majorum autoritate deis ad errores fluctuantibus: utsunque corrumphas aurum additione heterogeneorum, ipsa tamen sub falsitate veritatem atque naturam suam conservatis Quid? Annon Orpheus, juxta quosdam πλυθέοτητας Author, Errorem revocavit & juxta Justinum, Athenagoram, Cyrilum, tandem Deum unum agnovit atque professus est? Annon Persæ Mithram coluere Solique DEO litarunt? Chaldaës unum, teste ipso Oraculo, Numen in Orbe, Antisteni ex Græcorum Schola prodeunti Diis populares quidem multi, unus autem naturalis, teste Cicerone 1. de Natura Deorum. Annon, sicut plura insidierunt Numinis Nomina Gentiles, Deumque jam Ζηνα, jam Δια, jam Cronon, jam Fulguratorem, jam pluvium, jam frugipotentem appellantur, aliqui ad diversa subjecta præpostera Religione transtulere? sanè Druides Semnothei Mercurium coluere, sed juxta illum Apollinem, qui Morbos pellat, Martem, qui bellis præsit, Jovem, qui Cælo imperet, Minervam quæ Artificiorum Officinas pandat, ad unum Mercurium tamen tanquam DEUM Deorum, qui per αρχας & diversas virtutes his nominibus insignitas Mundum regat cultus summi devotione relatæ, quod si non vulgo semper innotuit, sapientibus tamen in Gentilismo satis fuit perspectum, ut vel sola Epistola Platonis 13. ad Dionysium majorem Siciliæ Tyrannum testari potest; hinc Minutius Felix in Octavio circiter medium, eum Philosophos longâ serie præ unitate DEI produxisset, tandem concludit: exposui opiniones orationum fermè Philosophorum, quibus illustrior gloria est, DEUM unum multis licet designasse nominibus, ut quisvis arbitretur, aut nunc Christianos Philosophos esse, aut Philosophos fuisse tunc Christianos. Denique quod de Trinitatis negatione dicitur, hic non quadrat, quia longè alia ratio in arguento à consensu petitio in positivis, alia in negativis, consensus ceteris paribus stabilit affirmativam aliquam propositionem, evincit hoc velillud existere, e. g. si ex illo argumenteris proexistentia terræ, quamterimus, Romanæ, quam admiramur, ex consensu autem popolorum aliquid yelle negare, quo^d

quod non vi luminis populis omnibus communis innoscet, nec innoscere potest, propudiosum erit, nec tam negant gentes Trinitatem, quam ignorant, nec si negant universaliter, plus sequitur, quam consensu illarum illud Mysterium non posse stabiliri, pendere ex sola revelatione & altiori principio, quod alibi prolixius exposuimus. Concludimus itaque verbis Maximi Tyrii Dissert. I. prioris Editionis Heinßianæ. Εν πυρσύτῳ δῆ τολέμειον καὶ σάρον καὶ διαφανία, ἐναὶ ἥδοις αὐτὸν γῆ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὃν Γεός εἰς πάνταν Βασιλεὺς καὶ πατήρ, πεύπερ ὁ ἐλλέων λέγει καὶ Βαρθαρός λέγει, καὶ οὐ πρώτην γε ὁ Ἰακλάτης, καὶ οὐ πορφορός καὶ οὐ αὐσφός. In hac tanta pugna, contentione, atque opinionum varietate, in eo leges ubique terrarum atque opiniones convenire videbis : Deum esse unum, regem omnium & patrem. In eo Græcus cum Barbaro, mediterraneus cum insulano, sapiens consentit cum stulto,



EXERCITATIO VI.

DE NOTITIA DEI-NATURALI.

Th. I.

Parentem hujus Universitatis invenire difficile, & cum jam inveneris, indicare in Vulgus nefas olim existimavit *Plato*, Mentem ejus exponente Oratore Romano-rum facundissimo.

II.

Utrumque falsum esse præmissæ de hoc Argumento Dissertationes evicerunt, & viam, quâ itur ad Deum, demonstrando, & salebras, quibus rudiorum pes impeditur, spinasq[ue] obductas removendo.

III.

Nihil itaque restare videtur, quam eorum, quæ vel concomitantur, vel sequuntur notitiam tûm initiam, tûm acquisitam, brevis consideratio, atque unius alteriusq[ue] sententiaz circa hanc appendicem variantis discussio.

IV.

Offert autem se omnium primò in disputationem vocata hujus notitiaz Veritas, quam imprudenter adorsus est Theologus aliâs de Ecclesia Dei meritissimus, *Martbius Flaccius Illyricus*, quem majori dicam imprudentiâ an audaciâ secuti sunt quidam fanatici Theosophi, inter Philosophiam, seu rectaz rationis principium, & Theologiam, seu Conclusiones supernaturales, fingentes tantam repugnantiam, quantum inter lucem & tenebras, Christum & Belial, hoc est, summam.

V.

Verùm, quantum hæc somnia à vero ab ludant, abundè constare potest ex superioribus: Urgemus saltem hâc occasione Principiorum istorum fontem, qui Deus, Rom. 2. v. 14. 15. Formam, Veritatem scilicet, licet in iustitia decentam, Rom. 2. v. 1. Finem, aversio-λογίαν, Rom 2. v. 1. certi, hunc triplicem funiculum omni rupturæ fore superiorem.

VI.

Optimè in hanc rem *David Rungius* Disp. 8. Thes. CXCII. & seqq. p. 273. Has, inquit, notiones partim in mentibus hominum reliquas esse iam

eriant post lapsum , partim rationis beneficio conclusas , non idè esse falsas ; quia sunt hominis non renati conceptus & notiones , sed veras esse *Δερπνόδευ* Spiritus S. affirmat , Rom. i. v. 18. docens , homines veritatem Dei in injustitia detinere , & impios cognovisse Deum , Rom. i. v. 21. quo in testimonio veritas Dei non significat eam , quâ Deus ipsa est veritas , quam homines detinere in injustitia nequeunt , est enim & manet Deus verax , cùm omnis homo sit mendax , Rom. 3. v. 4. sed notat veros de Deo conceptus naturâ notos & ex principiis rationis deductos , hanc veritatem Dei conqueritur Apostolus detinere ab impiis in injustitia , discernens nimirum notiones ipsas mente ab earundem praxi , quâ docet ipsas per se bonas & veras , violentiâ tenebrarum in mente , malitiâ in voluntate , & cupiditate cordis pravâ , partim planè opprimi , partim tot vinculis constringi , ut , quem merito in animo hominis principatum obtinere debebant , tueri minime possint .

VII.

Non obstant loca ex Psalm. 39. v. 6. Psalm. 116. v. 11. Rom. L. 25. assertioni firmatae : *Primus* quippe locus non tam respicit vanitatem conceptuum humanorum , quam instabilitatem vitæ . Non male Bellarminus hic : *omnis homo quicunq; ille sit , etiam Rex & Monarcha , quem omnes mirantur , & cui cæteri omnes invident , ille etiam dum vivit , id est , dum viget , & floret & in optimo statu est , vel , ut est ad verbum in Ebræo : dum star , dum firmiter consistit & radicatus videtur in terra , nihil est aliud , nisi universa vanitas , sive universitas vanitatis . Quicquid enim in illo est , sive sanitas , sive robur , sive pulchritudo , sive divitiae , sive dignitas , sive potentia , totum fragile & momentaneum est . Ad 2. locum addimus , quæ Simeon de Muis observavit ad illum ita scribens : *Ego dixi in precipitazione , seu festinatione mea , hoc est , quum præcipiti fuga consulerem saluti meæ , tum etiam , inquam , dicbam , id , quod facile arguit me nunquam vacillasse ; Mentiuntur omnes , qui regno me nunquam potiturum passim jaçtant . Atq; hæc sententia convenit cum priori re nostra præcedentis versûs interpretatione . Vel David in hoc versu significare vult , se in eas angustias aliquando redactum , ut illa cogitatio obrepserit , immo etiam interdum diceret , Samuel , quippe hominem falli potuisse , atque ideo frustra fortasse regnum promisisse . An non legimus de Davide i. Sam. 27. 1. Et ait David in corde suo , tandem absumar die una per manum Saul &c. Hæc interpretatio conveniet cum**

postrema præcedentis versūs interpretatione. Nimirum sic exprimit David, quid illud sit verbi, quodvis periculi extorserit: Nonnulli existimant significare hac phrasē: Omnis homo mendax, se nihil & nullius esse momenti, atque adeò non esse curæ Deo: ut congruat cum vers. 23. Psal. 31. Et ego dixi in præcipitatione mea, projectus sum à conspectu oculorum tuorum. Porrò hic versus fortasse eodem spectat, quod ille. Vide igitur ad illum. In præcipitatione mea. Græc. ἐν τῷ σκότῳ μου; Lat. in excessu meo; Aquila ἐν τῷ θαυμαστῷ; Sym. ἀδημονῶ. D. Hieron. in stupore meo. Nempe hi existimārunt hoc loco significare stuporem seu perturbationem mentis, quā interdum corripiebatur David, ac veluti obstupefiebat ad periculorum magnitudinem, quamcunq; ex his amplectare sententiam, nihil illa faciet ad adversariorum interpretamentum. Tertius denique non colligit, quia gentes mutārunt veritatem in mendacium, non reali quadam ex contrario in contrarium deductione, ut aqua frigida transit in calidam, cùm impossibile sit, verum in falso unquam mutari, nec ipsos conceptus insitos de Numine evertendo & in oppositos transferendo, cum impossibile sit, illud à Conditore irifixum ab homine ita posse immutari, sed malè applicando, obliquando, quod syncerum erat infuscando, atq; creatori competens ad creaturam detorquendo. Vedit id B. Quistorpius, qui in notis ad hæc verba Apostoli addidit sequentia: Veritas h̄ic notat veros de Deo conceptus in nobis reliquos ꝑ. 19. quos suffocant homines, & convertunt ad idola, que Dei vicem colunt. Atque ita, quod in conceptu ante erat veritas, illud in applicatione vitiosa fit mendacium. Tit. c. 1, 16. Deum se nosse confitentur, sed factis negant,

VIII.

Alterum, de quo disputatur, est **Sufficientia**, num scilicet illa Principia rectæ rationis, illa notitia Dei, illud discriminem honestorum & turpium insitum, respiciat beatitudinem veram, summam, æternam, ita ut gentiles verbo fideque destituti sub ductu interioris illius monitoris asscuti fuerint, quod expectant Christiani, desiderant Deo deoꝝ animæ,

IX.

Ita quidem non pauci intempestivè misericordes: Ex Pontificiis Durandus, Capreolus, Andradius, Vega, Cassalius, Pererius, Maldonatus in affirmativam concessere; Imò Colonenses Theologos librum quemadmodum de salute Aristotelis publicâsse Balanus testatur; de Thamnero quendam

dam paria divulgante Chemnitias: Et Franciscus Puccius Anno 1592. centum & viginti rationibus hoc ipsum persuaderē suscepit; cui Franciscanum illum jungimus, qui publicē coram Patribus Tridentinis in Concilio hanc genuinam esse Pauli sententiam in cap. 2. Epistolæ ad Romanos affirmavit, quod, qui Christi cognitionem nullam habuerint, & alioqui vitam egissent honestè, fuerint consecuti salutem, testo leid. lib. XXIII. pag. 690.

X.

Huldericus Zwinglius, inter Calvinianos magnum nomen, nomina Gentilium virtutibus corusca beatæ æternitatis albo itidem inscribere ausus fuit superiore seculo. Ita enim prefatione ad Franciscum I. Legem Galliarum: *Hic tibi sperandum est, o piissime Rex, si modo in-iar Davidis, Ezechiae & Iosia rerum summam tibi à DEO creditam me-eratas fueris, visuram esse primum Numen ipsum in sua substantia, in-ia specie, cumque univerfis dotibus opibusq; illius; fruiturumq; bis-tribus, non parcè, sed ad satietatem, non ad fastidium, quā fermè co-stitutur satietas, sed adjucundam impletionem, &c. Deinde, speran-um est tibi, visuram esse Sanctorum, prudentium, FIDELIVM, constan-tum, fortium, virtuorum omnium, quicunque à condito mundo fue-int, sodalitatem, cætum & coniubrium. Hic duos Adam, redemptum Redemptorem; Hic Abelem, Enochum, Neam, Abramum, Isacum, Iacobum, ac Deiparam Virginem, de qua ille præcinit, Davidem, Eze-iam, Iosam, Baptistam, Petrum, Paulum; Hic Herculem, Theseum, So-atem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones; sic Antecessores tuos, & QVOT QVOT IN FIDE HINC MIGRARVNT; aiores tuos videbis. Et summatim, non fuit vir bonus, non erit mens-cta, non fidelis anima, ab ipso mundi exordio usque ad ejus consumma-nem, quam non sis isthic cum DEO visurus.*

XI.

Arminianorum quæ sit sententia, ex indifferentia illa Religionum missa, & laxo Ecclesiæ, quam sibi singunt, sinu, facile constare po-t; Imò palam defendere illos, posse à Gentilibus salutem obtine-ib; que illa cognitione Christi, in propatulo est. Hinc Stephanus Cur-leus peculiari libro Amstelodami edito hanc sententiam, excusis gumentis Molinæi, ac rationibus perquam multis, pro affirmativa lucis, firmare successu parum felici nuper aggressus est.

XII. Ipse

XII.

Ipse Arminius eò usque non progressus fuit, utut ad usum bonum Luminis naturalis existimari securum Gratiae supernaturalis Cunulum. In examine enim prædestinationis perkinianæ hæc habet; Objicis tibi ex Scholasticorum usitato dicto, hominem non posse excusari ob defectum notitiae supernaturalis, propterea quod accipere potuisse illam à Deo, imò & accepturus fuisset, si ipse, quod in se est, fecisset, quod cum non fecerit, reum teneri istius defectus. Respondes quidem ad objectionem, sed non decenter. Non enim est sufficiens divisione, gratiam dari ex merito, vel ex promisso; imò neque constat conserariis seu oppositis partibus. Potest enim Deus id neque ex merito (mallem debito) neque ex promisso dare, sed ex gratia non promissa, quemadmodum multa dat & facit ex gratia, quam non promisit. Videamus ipsam primam à lapsu promissionem, illa facta est neque ex debito, neque ex promisso, sed ex gratia præcedente promissionem. Deinde & coincidunt aliquando. Deus enim ex promisso & debito dat vitam operanti. Rom. 4. v. 34. At vide mihi, aā non isto dicto Christi, habenti dabitur, promissio ista contineatur, quâ Deus spondet se gratia supernaturali illuminaturum, qui lumine naturali rectè utetur, aut saltem utetur, quantum poterit, minus male. Quanquam nec hoc concedi possit Arminio, agere in loco allegato Christum de habentibus Lumen naturale, illoque benè utentibus: prius enim falsum patet ex eo, quia hi habentes exsertè opponuntur illis, qui sunt foris, Marc. 4. v. 11. nec Christus de genere in Genus transit, notatque illos, quibus datum est: Posteriori fictum, tales quippe qui benè utantur Lumine naturali, nulli sunt, nec inveniendi vel à Sole oculo Mundi, aut Diogenis curiosissimè homines lustrante Lucernâ.

XIII.

Ut ut autem universalis cuiusdam gratiae cerus sà minioq; latè paten-
tis meriti Christi se pingat ista sententia, nil tamen est nisi spinturnicum
& merum pithecium, si ad patefactæ voluntatis divinæ illam conferas
speculum. Hic enim cernitur I. Defectus principalis causa influentis,
Messis nimirum. Non enim in alio aliquo salus, nec aliud nomen sub
celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, nisi per Chri-
stum, Act. 4. v. 12. Gentiles autem sunt χωρὶς Χερσῶν, Eph. 2. v. 12.
Defectus II. medijs salutariter operantis. Evangelium enim Mysterium

est

Et aeternis temporibus tacitum, Rom. 16. v. 21. at Gentiles eò non pertingunt, sed vias suas ingrediuntur, Act. 14. v. 16. Tandem III. *Defensus instrumenti recipientis fidei*; sine fidè enim impossibile placere Deo, teste Paulo Ebr. 11. v. 6. quonodo verò credent Gentiles in eum, de quo nihil audiverunt, Rom. 10. v. 14. Videantur loca Marc. 16. v. 16. Joh. 5. v. 18.

XIV.

Sanior hic *Iosephus Acosta* reliquis Cucullatorum Noctuis, qui lib. 5. de procuranda salute Indorum ita infit: *Vix satis mirari possum, quid Praeceptoribus quibusdam Scholasticis, viris corè gravibus nostris sculi, in mentem venerie, ut nunc quoque temporibus possit tam dia revelatum Christum sine Christi nositio salutem cuiquam aeternam contingere posse confirmet.*

XV.

Ingenuus quoque præ ceteris ex Calvinianorum grege *Bucensis*, qui illud Zwinglii pronunciatum non Cygneum carmen, ut Bullingerus Hyperaspistes, sed horrendum agnoscit esse dogma, ex quo gravia scelera nascantur, quæ Epicureismi favent, cui accessere Oecolampadius & Beza.

XVI.

Gerardus Ioannes Vossius, Arminianorum partibus alias in multis non obscurè accedens, candidè quoad hoc punctum quoque dissentit: postquam enim Patrum quædam loca notasset, quæ favere videntur Gentilium saluti, hanc tandem subjicit *Orthodoxos*, Historicæ Pelag. lib. 3. p. 3. pag. mihi 376. Sed *hac sententia & à ceteris Patribus olim, Augustini imprimis atate, damnabatur, & bodie communi Theologorum judicio improbatatur.*

XVII.

Quavis itaque huic opinioni, quæ horridior rusco, projecta vi- lior algæ ex triplici Sectarum genere aperte renuncient quam plurimi, inveniuntur tamen semper etiam inter modernos aliqui, qui aut pallient, aut excusent, aut etiam defendant.

XVIII.

Sic Maldonati partes agit virulentus ille in Orthodoxos declama- tor Melchior Cornelius Lojolista Herbipolensis: Zwinglium excusat Parens, Jacobus Capellus, Laurentius, Massonius, &c alii. *Quis Remonstranti- bus*

R

bus pollicetur proutus. Tunc X. necessarius et in sequentibus quo Malleus pugnat, expoburi.

XIX.

Auditas audem utrum et alterum vindicias parantem pro Hieros. illo Reformati exercitias Rudolphus Gualtherus, Theologus Figurinus ita declamat, antroque remugit: Sinite, inquit, ut & ipse pro Zwinglio verba faciam. Dominus apud Esaiam de verbi sui Virtute ac efficiencia different, sic sic: Quemadmodum pluvia, &c. ubi illud notandum erit, per verbum hoc modo non Mosiacam solum legem, aut Prophetarum scripta, sed omnem illam Methodum, omnes rationes ac suggestiones tam externas quam internas intelligi, quibus homines in cognitionem Dei penetrabili possunt: Quoniam illud non vacuum redire, nec fructu suo vacuere dicat Dominus, nemo, opinor, negabit, plures ex Gentibus quoque ad salutem pervenisse: Additò γνωστή Θεός, Rom. 1. cordibus Gentilium Dei dicitur inscripsum fuisse. Et preinde amnos damnari non posse. Alias inquit tribus. Parvus, Maximus. Inquit, si hanc habet Zwinglius, expungatur siam & condonetur; sed non ase novum Zwingli sed caluniosos adenvolunt alij qui pridem abeguerunt. Heribus enim illis Zwinglius Dei conspectum tribuit sub conditione, siquidem in hac fide hinc migrarent. Eadem ferè ingeminat Jacobus Capellus, Theologus Sedanensis; ita anum contra Gualtherum Raimoidum, postquam adduxisset Zwinglii verba Vindictas. Is. Calaubon. lib. 1. c. 1. p. 6. Has postremas voces ut quocunque in fide, &c. non debueras omissere. Ex his enim colligi posse videtur, Zwinglium in facti questione potius, quam in questione juris errasse, quod sibi persuadeat, Herculem, Theseum, &c. tamen vera fide, quam heroicā quadam fortitudine fuisse preditos, non secus ac Gideonem, Samsonem, Davidem: Vel si Zwinglius hic etiam in questione juris erravit, hic ejus fuisse videtur error, eos omnes quos Deus extraordinaria quadam fortitudine, sapientia, pietate donat, etiam vera fide ratione quam maranadonari.

XX.

Miramur non immiterito I. Gualtheri Temeritatem, qui pro Zwinglii Apologiā suipius Categoriam substituit: 1. Scripturam proterre desegnanda. Esaias quippe in adducto loco non de omni illa methodo, omnibus rationibus ac suggestionibus tam externis, quam internis, quibus homines in cognitionem DEI penetrabi possunt, agit. Præsupponit

Verum datt tales contradicunt ad verbum, non probatur; Præsupponitur
tamenque extendere mentem suam Prophetam, non demonstratur. Con-
trarium ex textu evidentissime patet; Loquitur enim de verbo egredien-
te ex ore Domini, de verbo cogitationum divinarum, ut cælum, circulus
serè immensus, punctum, excedentium nostras cogitationes expressivo,
de verba in fructus spirituales amplissimos tempore Novi Testamenti
exundante, at tale quid non sunt illæ rationes, illæ suggestiones. Sive ita
que Propheta commendet promissiones divinas, illasque non frustraneat
flore pollicetur, præprimis autem promissum verbum de novo foedere,
Messia & gratiam per ipsum toti Orbi impertienda, atque ita per verbum
hoc intelligat vel promissiones in genere, ut Calvinus quidem & Hugo
Grotius exponunt; vel promissionem de Messia in specie, ut Hierony-
mus, Cyrillus, Haymo & Forerius sentiunt; vel omne verbum divinum,
quod quidam Interpretum extendunt; nihil lucrabitur pro Zwinglio ex
hoc textu Gualtherus: Quæ enim consequentia? Promissiones extra
Controversiam divinæ per Prophetas editæ complemento fructus non
desituuntur, aut splendida illa de Messia Evangelia irrigant & inebriant
terram, ut LXX. exponunt; vel verbum divinum communicatum &
aditum divinâ efficaciâ corda hominum afficit, penetrat, & ad spiritualem
fecunditatem, ubertatem, germinationem promovet: Ergo id etiam
operantur fictitiae illæ suggestiones, quæ tantum distant ab istis, quam
quam à terra cælum, vitrum à margarito. 2. Schwenckfeldio non obscurum
patrocinando. Conquesti sunt aliquoties nostri Theologi de qualitati-
bus quibusdam Symbolicis Doctorum Helvetiorum & Enthusiastarum,
observavit B. Iacobus Hasibrunnerus, quædam occurrente in Theologia
Calvinistica principia, quæ fanaticis in stabiliendo Enthusiasmum com-
mendè subserviant. Luculentum hic specimen in Gualthero; Extra Mosaï-
cam Legem & Prophetarum Scripta esse rationes, esse suggestiones ex-
ternas vel internas, quibus homines in cognitionem DEI per trahi pos-
sunt, admittere, quid Schwenckfeldianis acceptius? ad salutem culmina-
re etiam ea, quæ humi inter homines repunt, somnia, quid fanaticis gra-
tius? Esaianum oraculum ad omnem illam methodum extendere, quid
Enthusiastis familiarius? Ita enim ad hunc locum Semipaganus ille No-
bilis tractatus, cui Nomen Aufflegung des 133. Psalmus, Gott redet
da von seinem Außerordentlichen mündlichen Wort des Dieversa noie eisliche füro
ghewendanii es in der Euphi vergessen, magui es wird gesprochen, sondern von

einem innerlichen Götterlichen Wort / das aus dem Munde Gottes selbst gehet / welches durchs äußerliche Wort wird verkündigt / und offenbart / aperte aliam præter consuetam prædicandi methodum afferens , licet in modo illius à Gualthero aliquantum recedat . 3. Stolidissime ex loco Paulino concludendo . Quis enim non videat necti funiculum ex arena : γνῶσθε Θεός inscriptum est cordibus Gentilium . Ergo non possunt omnes damnari ; omnibus enim inscriptum ; conjungi ἀσύγχρονο : Gentiles faciunt ea , quæ sunt τὸν θόμαν , Ergo illorum factorum intuitu datur illis vita æterna . Eōne fine γνῶσθε Θεός insitum est , ut illius beneficio ad celestia penetremus ? Eōne naturalia illa relicta sunt , ut supernaturalibus dextram jungant ? Aliud Gentium Apostolus intimat , nempe αἱς τὸ εἴναι ἀραιολογήτες , ut sint absque exitu in latitudinem , sine effugio , hoc est , ut constricti & convicti teneantur propriæ damnationis , secundum Syrum Interpretem .

XXI.

Notamus secundū jure *Parai in nostros Theologos iniquitatem* . Cälumniam 1. vocat , quod est ipsissima veritas , legantur ipsa verba sine affectu , ad oculum patebit infania Zwinglii , quam confirmare alterius locus ille ex *Elencho contra Catabaptistas* , Tom. 2. Oper. fol. 35. à quibusdam adductus , ubi aperte ; Colligitur ergo , bis verbis , qui credideris , & qui non credideris ; neque istos teneri , qui per atatem audire nequeunt , neque istos , ad quos Evangelij mentio nulla pervenit . 2. Categoricam propositionem dolosè in Hypotheticam mutat ; Phrasis enim , quotquot in fide hinc migrarunt , non respicit remotiores illos Herculem cyclopicum , Theseum profanum , Socratem Magum , & cæteros , quorum nomina cumulat , sed proximiores , Majores scilicet Franciscil . Reges Christianissimos , hoc titulo jam ab aliquot seculis inclutus , ut sylloge dictorum evidentissimè docet ; Summatim , inquit , non fuit vir bonus , non erit mens sancta , non fidelis anima ab ipso mundi exordio usque ad ejus consummationem , quem non sis isthic cum Deo visurus . 3. Nullam responsionem adornat , ponamus Zwinglium hypotheticè locutum ; aut locutus est de Ethnicis in sensu composito , quæ talibus , aut in sensu diviso : Si prius , absurdissimè dixit , Ethnicum quæ talem , si fide instructus fuerit , salvatum fuisse ; Condicio quippe repugnat subiecto conditionis incapaci ; quis ferat dicentem , boves in Helvetia parturient , quotquot ex illis erunt fecundi : Si posterius , numero Gentilium

afflami illos Heroas eximis , quos tamennovit in exercitate nativa & acie
tia substituisse.

XXII.

Sed habet Paræus , quod nostris quoque opponat , *Philippum Melanchthonem* , & olim *Patres* nonnullos , eximios illos Heroas aliqua ve-
ra Dei cognitione & fidei scintilla imbutos fuisse , censuisse . *Lutherus*
dixisse , ait , Cicero vir sapiens & sedulus multa fecit & passus est , spero
DE EUM ipsi & similibus propitium futurum . *Brentius* non modò
Numam , Scipiones , Catones , sed Sathanam ipsius omnesque Diabo-
lorum familias in celo collocasse .

XXIII.

At non urgent hæc nostros . Quicquid enim r. sit de *Melanchthon-*
er , pro quo alii respondent , demonstrando contrarium potius docuisse
illum communem totius Germaniz Præceptorem , ejus authoritas per-
næ nostros in re Religionis exigua est , aut propè nulla . De Patribus
in sequentibus dabitur differendi occasio . Verà aliquâ Dei cognitio-
ne & fidei scintilla imbutos fuisse Numam scil . & consimiles (de *Cyro*
enim , *Dario* & *Artaxerxe* , quos imperiè miscet Paræus , non est qua-
stio) sà cum ratione affirmari nequit ; Unde enim vel minima fidei
scintilla , nisi ex luce verbi ? Unde vera Dei cognitio , nisi ex revelatio-
nis principio ? r. *Johan.* 5. v. 20. 21. In *Luther*o z. producendo ter-
tius est : Quid enim ad nos sermones illius Convivales , quos nec
vidit , nec approbat ? indignum sanè Theologo Reformato , cum Je-
suitis , qui ad talia convertuntur , cum omnia decollant , hæc privata di-
cteria ingerere Lutheranis ad Nauseam , & cum desint arma , quibus
pugnat , arundines arripere in pueriles velitationes . Quæ paritas di-
ctorum ? *Lutherus* dicit , se sperare , Deum propitium fore *Ciceroni*
& similibus : *Zwinglius* afferit , illos confessum ex corpore rogoqué cas-
tidos in refrigerium æternum , siuum *Abrahæ* , & ad visionem Dei ad-
missum iri ; Conjungit Numam superstitionissimum cum Majoribus
Francisci Regibus Galliarum Christianissimis , publicè proponit erro-
rem , informat , declamat ; Quid si *Lutherus* comparatè locutus fuis-
set ad Aristotelem , mitius judicium indicarit , ut in damnatis etiam ad
capitale supplicium contingere solet ? Quid si sermo illi de proselytis ,
de gentilibus non regione talibus , sed religione & ortu . Ubi tandem
correctio in *Zwinglio* , quam confessum *Lutherus* subjicit , dum digi-

ta libellorum comparsitate juberetur sensu & connotatio; hactenwol vns nicht gebühret das gewiss zu sagen / noch zu definiren , vnd schlossen / sondern wir sollen bey dem Wort / das vns offenbaret ist / bleiben : Wer glaubet / und geraufft wird / der wied selig r. &c. non Lutherus de restatu sicut branc sententiam in Zwinglio Tomo 8. Jen. Germanicus fol. 173. im fungen Bekenntnuß vom Allendat. Anno 1544. R. Breitius. p. ad 2o. annis. insidet, ipsa enim verborum conclusio sensum limitatum prodit : Cetera, inquit Breitius, ea est conditione, ut in eo non tantum sancti homines, sed & Sathan. & Angeli ejus inveniantur. Loquitur itaque non de Cœlo in quantum notat beatitudinem, statimque omnium bonorum aggregatione perfectum, ut Zwinglius quidem suos Heroas in illa collucat, sed in quantum notat Majestatem & Omnipotenciam, Regimurque incircumscripum, ut ipse exponit, à quo excludere demones esset Scripturæ dicam scribero. Videatur ipse Tom. 8. pag. 961. & 1046. circa finem, nec non B. Sigwartus in Admonitione pag. 322.

XXIV.

Tandem 3. consideramus Capelli in respondendo Debilitatem. Nam primum eadem ferè, quæ Paræus nostris, occentat: Dicit, Zwinglium in fa-
ci quæstione potius, quam juris errasse, agnoscit itaque errorem, videt
navum, quem tegere conatur Paræus, quem Calumniam dicit malevo-
lrum, interim cum illo ad hypothesis delabitur fidei, persuasisse sibi
Zwinglium, vera fide fuisse præditos Herculem, Theseum & consimili-
les persuadere erudito Orbi annititur, & sub illa conditione fidei esse
halcyonos; quod supra excussumus. Imbecillitatem 2. prodit, si Zwing-
lius, inquit, in quæstione juris erravit, hic ejus videtur error, eos
omnes, quos DEUS extraordinaria quadam fortitudine, sapientia,
virtute donat, etiam vera fide ratione quadam arcanâ donari; At sat
errassus hic error est: Quis nexus ille inter fidem & virtutem Heroicam?
Anne Alexander Magnus fidelis & DEO scederatus, quia He-
ros? An in solius Ecclesiæ reformationem dispensantur illa Heroica
dona? Num nunquam in Reipublicæ bonum & commodum? Qui ve-
rò convenit illi cum Paræo, qui neque in facto, multo minus in juria
quæstione errasse Zwinglium probare satagit, sentiendo, ipsos aliqua
cognitione DEI vera, & fidei scintilla imbutos fuisse, quam tamen se-
pentiam errorem in quæstione juris esse Capellus largitur; Et denique

Iunum 3. Intopurgat, Ludovicum Vivem & Andradium prodicti cedde, Luciferianos, quorum cruda verba & Pelagium imitantes voces leges apud Chemnitium, & Richardum Monascurium.

XXV.

Sed & Curcellius vocandus est in judicium. Utitur, ne deformat
Mas Pedagianismi bucas aliquo modo innubret, 1. dictis Scripturaz,
2. Rationibus. 3. Authoritatibus. Ex Codice sacro urget, quem pro-
lixè tractavimus, locum ex Rom. I. v. 19. 20, Succenturiato, Rom. 3.
v. 4. & 7. In rationibus numerat defectum contemptus malitiosi cir-
ca Evangelicam veritatem, Sanctorum Veteris fœderis ignorantiant,
congruitatem augmentati gratia, primâ non malè collocatâ, quam ex-
emplo Cornelii stabilit. Tandem magna nomina, Justinum scil. Cle-
mentem Alexandrinum & Chrysostomum sibi ὄμολύνεται laudat, hi-
c se coloribus cap. 13. totum respergus.

XXVI.

Non aliter alii disputavit contra B. Chemnitium Dioges Payris
magnum Concilii Tridentini lumen & columen, cuius sententia Cur-
cellii planè gemella est redit, Fidem & veram Dei cognitionem funda-
mentum extare perpetuum iustitia. Hanc autem veram cognitionem
Deo è rebus sensibilibus hauriri posse & haberi, non è solis Scripturis &
Soteriariss: Id verò docet ab Apostolo, & non solum insinuari ad Rom. I.
v. 19. & ab illo Psalte Israëlis. Psal. 19. v. 1. 2.

XXVII.

In arena autem uterque & dificit. Locus enim Rom. I. v. 19. 20. Fun-
damentum exhibet sufficientis manifestationis Gentilibus facta, verum
non ad salutem, cui lumen Naturæ nunquam proportionatum, sed ad alios
plus & inexcusabilitatem. Optimè Excell. D. Hülsemannus, finis & effe-
ctus naturalis hujus cognitionis est, tum ex intentione Dei, tum ex latitu-
dine facultate notitia, ut homines Creatorem glorificant, ulterius inque-
rant, & contemptores inexcusabiles fiant; ad gratiam & gloriā per
hanc notitiam solum nemo pervenit. Alter intentionem divinam com-
prendat, non fructum illi amissitatum, divitias laudat bonitatis & longa-
vitatis suâ naturâ vergentes in scelerum intercisionem & securitatis effi-
ctus sufflamen, non eff. & cum salutarem, duritiâ cordis interceptum, ad-
monitionem fistit officii, non exauditionem μαρτυριος divinæ ad pos-
sidentiam vocantis, urgentis, stimulantis, adducentis. Tertius tandem
ideam

ād eam pīngit voluntatis divinae, non hominis, promissionem, non conditionem ex viribus naturalibus præstabilē, addicitur vita æterna sine respectu personarum tūm Judæis tūm Gentilibus, qui secundūm patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem querunt, sed omnes & singuli tūm Judæi, tūm Gentiles istius studii neglecti accusantur, teste ipso Apostolo; Aut enim Apostolus vitam æternam adjudicat legaliter aut Evangelicè talibus; Si prius, nulli istiusmodi dantur, Rom. 3. v. 10. & seqq. Ostendat Curcellæus vel unicum τίς εἰνι ἡμῖς, καὶ μάκρη μῆρη αὐτῶν, τίς ἴδοκιμάσθη ἡ αὐτῆ, καὶ ἐπελέωθη, καὶ ἐστη ἐις καύχυμα dicimus, cum Eccles. ex cap. 31. v. 9. & 10. Si posterius, non datur absque fide in Christum, Rom. 3. v. 28.

XXVIII.

Nec hilo meliores adductis Scripturæ testimoniis sunt nationes Curcellæi. *Prima* enim non concludit, quia non solum morosus & profanus verbi contemptus damnat, sed omnis alienatio à Fonte Salutis, omnis distantia à vero DEO Messia nimirum & vita æterna, qui enim habet Filium, habet vitam, qui non habet Filium, vitam non habet, 1. Joh. 5. v. 12. aliud insuper est ipsa damnatio, aliud gradus poenæ; ut ut contemptus judicium aggravet, poenam intendat, non tamen defensus contemptus morosi judicio eximit, aut à damnatione inamunes præstat, ut evidenter constat ex Luc. 12. v. 47. 48. Ipse tandem Curcellæus veretur istis, qui juxta legem naturæ vixerunt, adscribere vitam æternam, & parem cum fidelibus gloriam, sed conjicit, quod si coronam illam non reportent, cùm minus fuerint mali, quam profani contemptores Evangelii, ipsis tertium locum ab Inferno & Cœlo distinguam fore sedem, cùm medium inter homines profanos & fideles partem constituerint, quod est ab absurdo uno ad aliu delabi, & fingere, quæ è diametro Scripturæ repugnant, cui soli submittendum omne in Theologicis rōm̄p̄a. *Secunda* ignorantiam prodit stupendam; Servatos enim Sanctos sub Veteri Testamento absque fide Jesu Christi, quis præter Socinianos ausit defendere Theologus? Annon per gratiam Jesu Christi salvi facti sunt, quotquot salvi facti sunt, Act. 15. v. 8. 9. 10. 11. nec discriminem Vet. & Novi Testamenti in eo consistit, quod vel aliud & aliud fuerit objectum, vel unum imperfectum, alterum perfectum; unum obscurum, alterum clarum, perspicuum, evidens; Utrumque perfectum, utrumque clarum in suo genere, gradus

His est distinctio perfectionis & evidentiaz, non per negationem tertii utrique competentis absolutam: Idem Christus heri & hodie, & in secula, Ebr. 13. v. 8. idem Objectum quoad Essentiam, sola modi differentia, sola accidentalis disparitas; ibi exhibendus, hic exhibitus; ibi mittendus, hic missus; ibi in promissis, hic in complemento. Multo minus juvat Curcellæum non expressa hujus Objecti ubique, & præprimis Ebr. 11. descriptio: Nec enim quilibet actus fidei justificæ est justificans, sed ad alia quoque se extendit objecta, quæ ibi ab Apostolo intimantur, præsupposito tamen semper illius principalis objecti amplexu, cuius virtute reliqui actus fidei in orbe coruscant. Audiat B. Augustinum, qui ad Patres quoque provocat Arminiano-Socinianorum Primipilus, eleganter differentem: *Sicut rotus homi dum nascitur, & etiam si manum premitat in nascendo, tamen universo corporis sub capite conjunctus & compactus est, quemadmodum etiam nonnulli ex Partibus in hujus rei signum manu premisâ nati sunt, ita omnes Sancti, qui ante Domini nostri Iesu Christi nativitatem in terris fuerunt, quamvis ante natum sunt, tamen corpori universo, cuius ille caput est, sub capite co-baserunt.* Audiat Greg. Hom. 17. in Ezech. ora obstruentem uniformis Confessionis assertionem; *Et qui praibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna Filio David; quia omnes Electi, qui in Iudeâ esse potuerunt, sive qui nunc in Ecclesia sunt, in Mediatorem Dei & hominum credunt & crediderunt.* Tertia Pelagianismo apertè lirat, quasi scil. Deus bene utenti lumine Naturæ, & facienti quod in se est, ampliorem gratiam sit additurus; fingit enim hominem post lapsum bene uti lumine Naturæ: Aliud Apostolus, qui accusat Gentes, quod veritatem in injustitia detineant, sciunt esse Deum, sed non glorificant ut Deum, sed stulti fiant obtenebrato corde, Rom. 1. v. 19. 20. Fingit boni quicquam quempiam posse facere extra Christum, contra effatum Christi, Johan. 15. v. 4. 5. Fingit Cornelium *ἐκαρόταχον* ex illustri Corneliorum familia tam illum operibus pietatis fuisse destinatum fide in Messiam & Redemptorem generis humani, fuisse in statu naturæ, non gratiaz, fuisse obtenebratis Gentibus accensendum; aliud *Textus* clamat, qui religiosum vocat, Deum timenteri, operibus bonis fecundum; aliud *Concilium Arausicanum* secundum Canone ultimo definit; aliud denique *Augustinus* de eo docet, non professe *Orationes aut Eleemosynas, nisi in vinculo Christiana*

*professionis, contra Donatistas de Baptismo l. 8. offendens, non sine alio-
qua fide donasse & orasse confirmans, lib. 1. de Prædestin. cap. 7. Nam
quomodo, inquit, invocabat, in quem non crediderat? quamvis autem
nec Justitiz, nec Domicilii fuerit Proselytus excolcscente ritu initiandi
illis temporibus, ut docet Seldenus, fuit tamen VIR pius, qui invo-
care non potuisse DEUM nisi credidisset, nec exauditus fuisset, nec
DEO placuisset ut faciens justitiam, quales in quacunque gente pla-
cent DEO v. 35. Audiamus hic recentiorem ex Pontificis Inter-
pretem, hæc adjicientem. Certum est in primis, ante Angeli adven-
tum, habuisse fidem supernaturalem unius DEI, ex qua pè orabat, &
faciebat eleemosynas, ut Concil. Arausicanum Can. ult. definit & do-
cet S. Augustinus cap. 2. de prædest. Sanctorum & Hom. 16. in Ezech.
Neque enim poterat bona facere, nisi credidisset, cum scriptum sit, in-
quit, sine fide impossibile est placere DEO. Habebat etiam fidem
Christi Salvatoris, saltem implicitè, ut D. Thomas 2. 2. q. 10 art. 4. ad 3.
addit verò 3. p. q. 69. art. 4. ad 2. Ante baptismum, Cornelius & alii
similes, consequuntur gratiam & virtutes, per fidem Christi & deside-
rium baptismi implicitè vel explicitè; Per realem verò baptismi suscep-
tionem, liberatos fuisse ab omni pœnâ: vnde sentit, apertè fuisse san-
ctum & justificatum, antequam ad Petrum mitteretur. S. Augustus
quoque cap. 4. & 24. de baptismo, contra Donatistas, non dubitat, quia
fuerit repletus Spiritu S. & gratia justificante justificatus ante Bapti-
smum, quando saltem, Act. 10. v. 44. loquente Petro, Spiritus Sanctus
super illum cecidit. An verò, antequam Angelus mitteret eum ad Pe-
trum, non clare dicit Augustinus: nam lib. 1. q. 2. ad Simplicianum, di-
cit in Catechumenis & Cornelio non fuisse tantam gratiam, quanta
requiritur ad obtainendum regnum cœlorum, antequam participatione
Sacramentorum incorporati essent Ecclesiæ: fuit enī, inquit, quæ-
dam inchoationes fidei, conceptionibus similes, nontamen solum conci-
pi, sed & nasci opus est, ut ad vitam perveniat̄ æternam. Deinde c. 2.
de prædest. Sanctorum, dicit, quod Cornelius, non sine aliqua fide do-
nabat & orabat; sed si posset sine fide Christi esse salvus, inquit, non
ad eum ædificandum mitteretur architectus Apostolus Petrus. Sed
bis non obstantibus, D. Thomas videtur optime S. August. intellectus,
quæ etiam est sententia Sanctorum PP. ait Carthusianus, Cornelium an-
te Angeli adventum fuisse reverâ sanctificatum: nam eodem modo
loqui.*

Loquitur de eo S. Augustinus , ante adventum Angeli scilicet adhuc illi baptismum necessarium fuisse , ne esset reus tanti contempti Sacramenti , ut lib. 4. c. 21. d^e baptismo contra Donatistas loquitur ; & tamē apertē dicit , per illum visibilem delapsū fuisse repletum Spiritu S. item Charitate flagrasse . Igitur tota ratio , quare dicat indiguisse baptismo , ut caperret regnum cœlorum , est , quia præceptum illud baptissimi præterire non poterat , sine peccato mortali : Deinde indiguisse i[n]structione Petri , quia jam tempus promulgati Evangelii ad venerat , & non tantū fidis Christi implicita , sed etiam explicita , inceperant esse ad salutem necessaria . Et paulo post : Hinc patet , orationes & elemosynas Cornelii , factas fuisse ex fide & gratia Dei , aliās enim non fuisse Deo accepta : unde S. August. lib. 1. c. 10. operis imperf. dicit , Cornelium DEI Spiritu adjutum fuisse ante baptismum , Simonem vero Magum , nc quidem post baptismum . Et Beda post S. Gregorium ait , Cornelium non operibus ad fidem , sed fide venisse ad opera per opera verò ineruisse , ut in fide solidaretur , quod factum est , quando in fide Christi explicita , à Petro instructus est . Ex hac autem Cornelii historia , natum est , ait Carthus. dogma illud Theologorum , quod ille qui facit , quod in se est , gratiam à D^EO consequatur , ita ut si paganus , inquit , ex naturali ratione se ad primum principium erigeret , ipsumque rogaret , ut dirigeret in viam salutis & caveret à peccatis , D^EUS ei de necessariis ad salutem misericorditer provideret per Angelum , vel Doctorem quemcunque . Sic enim juxta S. Dionysium , multi gentiles legem Moysis non habentes , per Angelos ad D^EUM reducti sunt ; Sed profectò ex hac historia colligi non potest , quod facienti , quod in se est , per solas vires naturæ , D^EUS gratiam illam & illuminationem præstet , quandoquidem ut jam ex SS. August. & Gregorio audivimus , fides & adjutorium DEI supernaturale præcesserit orationes , & elemosynas Cornelii , & ex operibus ad statum naturalem evectis , solum meruerit à Petro ulterius in Christi fide explicata instrui . Unde S. August. cap. 7. de prædest. Sanctorum ; solet dici , inquit , idè credere meruit , quia vir bonus erat , antequam crederet . Quod de Cornelio dici potest , cuius accepta sunt elemosynæ , & exauditæ orationes , antequam credidisset in Christum : Sed tamen addit , non sine aliqua fide donabat & orabat .

XXIX.

Restant Patres à variis variè expōsti . Non possumus autem accedere Casari Baronio , initio Apparatus sui scribenti , neminem ex omni-

bus mortalibus, qui inde ab exordio mundi fuerint, ~~eternam salutem~~
 esse consecutum, nisi à Christo & per Christum apud ~~veteres~~ Patres
 omnes semper fuisse in confessio, quod in se quoque recepit proban-
 dum *Ioannes Priseaux*, primum apud Oxonienses S. T. Professor Re-
 gius, postea factus Episcopus Wigornienfis, Lect. XVIII. durius dicta
 emolliens, & scabritiem quorundam quoquemodo detergens: Con-
 trarium quippe demonstravit *Iсаacу Casaubonuѕ Exercitat.* I. ad Ap-
 apparat. Annal. *Richardus Montacuteuſ Optio ex jussu Iacobi, Britannie Me-*
narche succedens Exercitatori, ut seipsum in p̄fatione appellat. Verūm
 hoc observandum, ut plerunque etiam in aliis contigit, sic in hac Con-
 troversia Patres Græcos ante Pelagium exortum securius fuisse locutos,
 quorum verba hodie ingerere ad fastidium est simplicitate Majorum
 abti, & nōnos non altè harentes in pertinaciam dogmatis obfirmare.
 Laudata autem Curcellæus I. *Iustinum Martyrem*, Philosophum, verba il-
 lius sunt: Τὸν Χειρὸν ταργόνον, &c. Cas. p. 3. Existimat igitur Philo-
 sophus, Christianos censeri debere, quicunque μὲν λόγις, h. e. cum ra-
 tione vitam instituerint, quales, inquit, fuere apud Græcos Socrates &
 Heraclitus; inter Barbaros Abraham, Ananias, Azarias, Michaël, He-
 lias & alii multi, causam addit, hominem enim dici λογικὸν, quia parti-
 ceps λόγις ἦτι Χειρὸς rationis aut verbi, quod est Christus. Quām
 utrumque autem à vero abludat, quivis sanx̄ mentis animadvertere po-
 test; Quām absurdè dicatur, qui vitam instituebant secundum rationem,
 licet Athei planè habebantur, fuisse tamen Christianos; Quām turpi
 Homonymia Cœlum & Terra, λόγιος των αὐλίκων seu Filius DEI,
 & λόγιος Rector nostri, ut Seneca mentem appellat humanam, con-
 fundantur? Non itaque probare possumus, quod Annalium Conditor
 prima Apparatus facie effutit, jure laudandum Iustinum Martyrem, qui
 censuerit, Christianos esse nominandos, quotquot è Gentibus, licet
 Christi adventum p̄cesserint, ratione vixerunt; nec enim de creden-
 tibus in Christum loquitur, ut fingit Cardinalis, quos Ecclesia docet
 cum Augustino ad populum DEI spectare & cætum in Cœlis salvan-
 dorum, sed de solis eis inter Gentiles, qui vivebant μὲν λόγις secundum
 rationem civilem, utcunque de seni ine mulieris, de futura per Christum
 restauratione & imagine divina refingenda nec spem habuerint, nec in-
 tellectum, nec sensum docente Montacutio; largimur itaque Curcel-
 leo,

sed, eandem olim sedisse mentem huic Patri, quam ille explicavit eruditus
 Orbi dissertatione sua pro salute paganorum, sed Patrem augustissimum Patri opponimus *Augustinum scil. tum Philosophicatum, tum Theologicarum rerum notitia facile Justino superiorem*: *Quis, inquit ille, porto eorum, qui se Christianos haberi volant, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis fortior etiam tu solus justum dixeris impium, justum dixeris, Diabolo mancipatum?* Sit licet ille *Fabricius*, sit licet *Fabius*, sit licet *Scipio*, sit licet *Regulus*, quorum me nominibus, tanquam in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrendum? Nec excusamus z. cum Vossio Theologum Stromateum *Clementem scil. Alexandrinum*; Quamvis enim fateatur, notitiam DEI, quam habuerunt gentes, fuisse αμαρτηγη, eo tamen periculosus erravit, quo affectionem salutis tam imbecillo lumini transcripsit, quamvis sano sensu admittamus quoque legem & Philosophiam esse βαθυς καὶ ζωτικός τῆς καὶ Χριστὸν Φιλοσοφίας, opera hujus universi deducere in notitiam Architecti unius, tamen cruda sunt, quae alibi inspergit contextor, legem & Philosophiam esse duo Testamenta ab eodem Domino diversis populis, Judæis nimirum & Gentibus, in eundem finem tradita, Philosophiam necessariò ad justitiam ante adventum Christi requisitam, per se quosdam justificasse Græcos, videlicet lib. 1. & 7. delicetur itaque quantumcunque velit Curcellæus: in hujus, alias inexhaustæ doctrinæ viri tubere, exugat omne vitiosum instar cucurbitæ ex Patrum ulceribus, nobis tamen imponere non poterit, ut illa omnia tanquam sesamum & papaver excipiamus; ipse Clemens ad se reversus aliter loquitur, & orthodoxis, missa intempestivâ illa clementia, accedit, dum lib. II. Στρωματῶν fidem vocat πεπάτων Κατηγορίας νέον primam salutis inclinationem, dum fidei veritatem Panis ad vitam necessario, Philosophiam autem obsonio & bellariis, quæ, ut Thebanus ille Pindarus ait, finiente Cœna suavia sunt, comparat. Certus sum, inquit Augustinus, Epist. 28. ad Hieron. non esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberacionem Mediator DEI & hominum, Homo Christus Jesus. Aurea 3. fuisse omnia, quæ ἐγενόμενα fudit, Curcellæo non largimur. Videantur loca à Casaubono adducta ex Homilia 38. in Mattheum: Ut ut enim Palæstinæ fines & veterem Synagogam non excederit, ad Socratem non exorbitarit, vel Heraclitum, ne quidem Jobium vel Sibyllas. Ut ut distinctione cognitionis implicitæ & explicitæ illi quidam ex Pon-

cifciis succurrant, & illius duriora emollient, quæ, ut Analectorum doctissimus Author eleganter loquitur, è Sixti officinis profecta Medicina, ita mirum in modum plerisque arrisit, & complacuit τῶν χειροπόντων, ut tanquam πυργενσῶ quodam Emplastro & diamalagmate strumas vetustiorum & recludi, ac omnes lenire se posse putent & perfanare, ne dicam Vulnera & Carcinomata, nimis tamen horrent sequentia, suffecisse, ut transfert Anianus, unum solum Deum nosse ante θεοπλησίων, nunc autem non esse ita, sed ad salutem necessariam esse cognitionem Christi, quæ ratione subjecta suffulcit: Quanquam sanatoria in Chrysostomo occurrere non negemus, recitata à Cabaubono, ad quæ potius quam ad istiusmodi papulas oculos Curcellæus reflectere debuisset! Rectissime itaque Hippomenium Episcopus lib. 18. de Civit. Dei cap. 47. pag. mihi 454. Nenini pertinere ad spiritualem Hierusalem concessum fuisse credendum est, nisi cui divinitus revelatus est unus Mediator DEI & hominum, Homo Christus Iesus, qui venturus in carne sic antiquis Sanctis prænunciabatur, quemadmodum nobis venisse nuntiatus est, ut una eademq; fides per ipsum omnes in DEI Civitatem in domum DEI, in DEI Templum perduceret predestinatos.

XXX:

Strictim, antequam concludamus, monere aliquid juvat de opinione Moysis Amyraldi existimantis τὸ γνωστὸν Θεόν ad Conversionem quidem non sufficere, si id significet fieri non posse, ut id impetrat ab ingenio humano, non itidem verè dici posse non sufficere, quantum ad objectum extrinsecus oblatum, si ingenium bene comparatum nanciscetur, sufficere enim illud, si minus ad salutem per se conferendam, saltem ad ubiorem gratiam, & quæ esset ipsa per se salutaris: inter alia autem etiam hoc pro suâ producit sententiâ argumentum. Si ab Apostolo pronuntiantur reprobi homines inexcusabiles ex eo, quod γνωστὸν Θεόν, aut non sunt, aut male sunt, si eo usi, ac bene usi essent, non inexcusabiles fuissent, si non fuissent inexcusabiles à misericorde DEO excusati fuissent, si excusati fuissent, non fuissent condemnati, aut forte condamnandi. Cui respondit G. Reveau, Consiliarius & Advocatus Regius in Dicasterio Rupellensi, & sequentia reposuit: In hoc argumento duplex error committitur. Primus, quod falsum supponit, ideo tantum excusabiles fuisse reprobos, quod τὸ γνωστὸν non usi sunt, aut male usi, & quod in illis supponitur vi argumenti aliqua potentia bene utendi. Si enim negativa in illis

His impotentiā supponitur, non ob id inexcusabiles ab Apostolo pronuntiantur, sed potius ad illos totum negotium non pertinuerisset, sicuti ad lapidem visus, qui male cœcus appellatur, quod passim ab Amyraldo in hac Disputatione proponitur & urgetur. Quod igitur ab Apostolo inexcusabiles pronuntiantur non est sit, quasi excusabiles fuissent, si γνωστὸν illis ἐθελόν nullum apparuisset, aut adeorum emendationem nulla parte & naturali vi comparatum fuissent. Sicuti infantes, qui γνωστὸν advertere non potuerunt, nec eo bene aut male uti potuerunt, non excusantur. Non enim simpliciter, sed comparatè illud intelligendum est, nec tanquam excusatio hac solā parte adempta, quæ sine illa præsens esset, sed tanquam nova excusatio cumulata. Exemplo res fiet illustrior. Si quis in carcerem detrudatur, ob mille aureorum debitum, cuius ne minimæ quidem parti solvendo est: Nulla illi insuper pecunia à quoquā offertur, quo totum vel partem debiti exolvat. An ideo debito eximetur, ex carcere liberabitur? Quod si illi pecunia offeratur, & eam aspernetur, cumulabitur quidem in illo nova inexcusatio, sed primā ex eo originali debito remanente. Ac si illi pecunia offeratur & numeretur sub cautione reddendi, non tollitur, sed mutatur tantum aut differtur carceris in illo servitus aut materia. Eadem ratione reprobi, quod γνωστὸν ἐθελόν bene non utantur, non primò inexcusabiles sunt, sed novè & magis inexcusabiles, remanente prima inexcusatione, quā DEI judicio, licet illis τὸ γνωστὸν nullum apparuisset, plenè jam subjecterant. Et quod excusabiles fuissent, si bene usi fuissent, non aliud argumentum facit, quam excusabiles fuissent, si quaquā viā malos mores emendasset, & ad Deum conversi essent, sed ex eo in hypothesi inexcusationis pondus illis aggravatum est, quod eo bene non usi sunt. Ex hoc verò, meo sensu, nihil planè conficitur. Nam hac ratione non tollitur, aut sublevatur. impotentiā moralis in reprobis objecto bene utendi, quæ invincibilis à parte illorum supponitur, sed novum pondus condemnationis ei accedit. Ad id omnino subjective gratia opus est, quā tertia ratione amicus Amyraldi anonymous sententiam suam firmat. Quæ tamen nisi efficax gratia proponitur & præbetur, valebit tantum, ut prior illa objective, ad convictionem solum, non ad conversionem. Ex his vanitas ultimi ab Amyraldo syllogisini patens fit. Homines eo loco constituti, ut debeat esse excusat, proculdubio excusabuntur. Atqui homines ber. ε τῷ γνωστῷ ἐθελούτες eo loco, constituti sunt,

aut excusati esse debeant. Ergo qui tales sunt, excusabuntur. Nam minor propositio de nullo subiecto enuntiatur, in quo impotentia moralis non tollitur, & sic tragelaphum pingit, aut centaurum, non verum ullum hominem tali potentia laborantem. Ut omittam fictum istum usum Σωτῆρα non perfectum, excusationem fuisse, & Deo gratias redditum, sed ad id iram tantum parare debuisse, ut plenioris gratiae attractivum. Sed de his accuratius peniculandis cum in hac response quædam desideremus alio die.

XXXI.

Tandem delibanda venit paucis, cum excreverint præcedentia, Utilitas, cui bono ista principia sint relicta, istud lumen concessum, quis ex istiusmodi semine exiguo efflorescat fructus? Nolumus esse prolixii in usu testimonii felicitatem primævam adsumbrantis; Rudera quippe per transennam nos transmittunt ad ædificium illustre olim constructum, nunc collapsum, reliquias super relictæ integri corporis præstantiam produnt, & vel minutissima ramenta de aurea integritate primæva testantur; Aut ἀναπλογίας quoscunque iniuste detinentes veritatem prementis, de qua Paulus Rom. I. v. 20. 21. & laudatus Theologus Thes. XXV. Acquiescimus in sequentibus. Primus itaque hujus notitiaz est *externa disciplina conservatio*; Tolle metum Numinis, corrue omnis societas; legem infitam, conculcabitur omnis honestas: considera vero quicquid splendidi in rebus unquam relaxit, adhanc radicem devolveris, ab hac quod proficiuntur, ad præsentis vita necessitatem refertur, ut loquitur Augustin. Tom. 2. Epist. CXXX. ad Circenses, ad societatis humanæ æquitatem, ut Fulgent. lib. de Incarnat. Et *Gratia Christi cap. XXVI.* ad ornatum temporalium juxta Scriptorem de vocatione Gentium lib. 1. cap. VII. facit, & hæc inferiora honestat. Secundus *Vsus est divini Cultus inquisitio*, ducit hæc notitia non quidem ad Religionem ipsam, sed ad Religionis σύλλογον & ἐδραιωμα Ecclesiæ, non ad lucem revelatam, attamen ad χειρογράφους, qui ad interiora miseriarum suarum consciens traducunt. Tertius *Vsus est Numinis glorificatio*, eò tendit insitum illud principium, eò Creaturarum illustre speculum; ut enim omnia ab uno esse docetur per hanc notitiam, ita sua natura flectit illa & sollicitat ad unum, illiusque gloriam: à quo ut cœpiimus, ita in eodem quoque desinimus, veniam petentes ab Eruditis, sicut bice-

bicepsitaverit calamus. Necesse enim est, ut Tertullianus loquitur, in corpore & quantum velis integro aut puro, ut nexus aliquis effuticet, aut verrucula exurgat, aut lentigo sordescat. Cœlum ipsum nulla serenitas tam colata purgat, ut non alicujus nubecula flocculo resignetur.

Justinus Martyr.

Τὸν Χειρὸν πειθότοκον ἐναὶ δὲ θεῖς ἐδάχθημεν, καὶ περιπούσαμεν, λόγον ὄντα, δὲ πᾶν γὰρ ἀνδρῶν μετέχε. Καὶ οἱ μὲν λόγοι Βιώσαντες χριστανοί εἰσιν, καὶ ἄλλοι σωματικῆσσιν, οἵον τὸν Ἐλληνού μὲν Σωκράτης, καὶ Ἡρακλῆς, καὶ οἱ ὄμοιοι αὐτοῖς, τὸν Βαρθάρον τὸν Αβερράμην, καὶ Αραβίας, καὶ Αζαρίας, καὶ Μισαήλ, καὶ Ηλίας, καὶ ἄλλοι πολλοί. Hoc est: Christum primogenitum esse DEI edicti sumus, & praesignificavimus, verbum esse, cuius omne genus hominum particeps factum est: & qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt, quemadmodum inter Gracos Socrates & Heraclitus, & similes illis: inter Barbaros verò Abraam & Ananias & Azarias & Misaēl & Elias, & alij multi.

Joannes Brentius Tom. 8. p. 961.

Dictum igitur est, quod regnum superum seu cœlesti definatur nec loco, nec locorum intervallis, sed Majestate DEI, qui non tantum gubernat coram eis, qui felicitate hujus Regni fruuntur, verum etiam Satanam & omnes illos, qui in perpetuam infelicitatem conjiciuntur. Ergone & Satan & infernus erunt in Regno cœlesti? Quid absurdius dici potest? Fateor, coram Sycophantis, & aliis, qui carnalibus de cœlo & inferno phantasmas fascinati sunt, nihil potest dici abominabilius. Sed qui sunt in sacris literis recte erudit, & non afferunt ad eas sua carnalia somnia, sciunt in Iobe inter Filios DEI assistentes coram Dominino affuisse etiam Satanam & collocutum cum DOMINO. Et in libris Regum, videt Prophetæ Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris, inter quos & spiritus mendax stetit. Et apud Paulum:

T

lum:

lum: Non est nobis lucta aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi Dominos, rectores tenebrarum hujus seculi, aduersus spirituales astutas in COELESTIBVS. Idem p. 1047. Cum ergo loquimur de Majestate & omnipotentia DEI generaliter, tunc in domo DEI Patris, & in regno cœlesti non continentur tantum Sancti, verum etiam homines impy & Diaboli. Itaque; hoc modo sermo est de regno cœlesti, recte dicitur comprehendendi in eo non tantum cœlum, sed & infernum, nectantum Pios, sed etiam Herculem, Numam Pompilium, adeoque omnes impios, Ethnicos, Iudeos & Turcas, nisi forte negaveris, Majestatem DEI & omnipotentiam ejus pertingerè usque ad infernum & ad Diabulos. Cum autem specialiter ac distinctim loquimur, aut de Majestate clementie & gratia DEI, tunc soli Angeli boni & pü homines continentur in domo patris & in regno cœlesti. Et hoc pertinet, quod in Apocalypsi dicitur. Foris canes, venefici, impudicii, homicida & idolis servientes, ac omnis, qui amat & facit mendacium. Aut de majestate severitatis DEI, tunc soli Diaboli & damnati homines continentur in domo DEI, hoc est, in ejus domus parte, quæ est infernus.

Index Authorum, sive Vindicatorum, sive Explicatorum, sive Refutatorum.

A.

- Barbanel.
- Egidius.
- Eschines.
- Albertus.
- ab Aliaco.
- Alstedius.
- Altensraig.
- Ambrofius.
- Ampsingius.^{ref. 34}
- Amwaldus.
- Andradius.
- Andronicus Rhodius.
- Anshelmus.
- Antonius Possevinus.
- Archangelus de Bargo
novo.
- Aristoteles.
- Arnobius.
- Arriaga.
- Aschanus.
- Augustinus.
- B.**
- Balaus.
- Baldinus.
- Bartholinus.
- Basilis.
- de Bassolis.
- Batelier Ioh.
- Bellarminus.
- Bernhardus.
- Beza.
- Biel.
- Blasius à Conceptione
^{ref.}

Boderianus Fabr.

- Bonaventura.
- Brentius.
- C.**
- Cesar Branche-Dau-
vins.
- Cajetanus.
- Calixtus.^{ref. 32}
- Campanella.
- Capellus.
- Capnio.
- Capreolus.
- Cartofius.^{ref. 50. 90. 5.}
- Casianonus.
- Cassalius.
- Charon.
- Chemnitius.
- Chrysostomus.
- Cicero.
- Claubergius.
- Conzen.
- Corderius.
- Corneus.
- Crellius.
- Curcellans.
- Cyprianus.
- D.**
- Damascenus.
- de Dieu Lud.^{ref. 1. 5. 6.}
- Durandus.
- E.**
- Epicurus.
- Episcopius.
- Erasmus.
- Espin.^{ref. 13.}

F.

- Fabricius.
- Festus Hommius.
- Flaccius.
- Foerins.
- Frankius.

G.

- de Gandavo Henr.
- Gellius.
- Gerhardus.
- Golius.
- Granadus.
- Gramerius.
- Grotius.
- Gualtherus.

H.

- Hailbrunnerus.
- Harrison.
- Hayman.
- Heinfus.
- Heribertus Rosmeidus.
- Hieronymus.
- Hogelandius.^{95. 104.}
- Hüsemannus.

I.

- Josephus Acosta.
- Irenaus.
- Iunius.
- Iustinus.

K.

- Keckermannus.

L.

- Lactantius.
- Lalemandet.^{ref. 47.}
- à Lapide Cornel.

London.

Index Authorum sive Vindicatorum, &c.

L ombardus.	P iscator.	T .
L utherus.	P olanus.	T annerus.
L yra,	P olybius.	T ertullianus.
M .	P orcherus <i>Salvaticus</i> .	Theodoretus.
M aldonatus.	P orphyrinus.	Theophylactus.
M archantus.	P lato.	Thomas Aquinas.
M erfilius <i>Ficinus</i> .	P rideaux <i>Iob</i> .	Thomas de Vio.
M afus.	P uccius.	Thomas de Argentina.
M afinicus.	Q .	Tbuanus.
M elanch:on.	Quisros.	Timplerus.
M enasseh Ben Isräél.		Tirinus.
M endoza.	R .	Toftatus.
M arsennius.	Raymundus Martini.	Tremellius.
M olina.	Reveau.	Trigosus.
M örefinus,	Richardus Montaku-	Trofius Martin.
M orneaus.	tius.	V .
M e Muis.	Ricius.	Valentia.
M usculus <i>Dufanus</i> .	Rungius.	Valerianus M.
		Vaquez.
N .	S .	Vega.
N icolai.	Salvianus.	Vives Lud.
N oyatinus.	Schlichtingius.	Vorstius.
	Schwenckfeldius.	Vossius.
O .	Schneidewinus.	Vriginus.
O levianus.	Scotus.	W .
O rigenes.	Seneca,	Wendelinus.
O sander.	Serarius.	Weidnerus.
O storodus.	Sigmatrus.	Z .
O vidius.	Socinus.	Zanchius.
	Soncinas.	Zeemannus.
P .	Smalzius.	Zummel.
P araus.	Stegmannus refso.	Zwinglius.
P aulus de S. Maria.	Stephanus Binet.	
P everius.	Suarez.	
P etrus Galatinus.		

F I N I S.